gere valeamus ordinatur primũ p̄ceptũ in quo ꝓhibet cult⁹ falſoꝝ deoꝝ cũ dr. Nõ habebis deos alienos corã me. ¶ Scḋo neceſſe eſt: vt diligamus deũ ore: quo ad hoc daꝫ ſcḋm p̄ceptũ.ſ. nõ aſſumes nomẽ dei tui in vanũ. ¶ Tertio tenemur deũ diligere, nõ tm̃ ꝟbo aut lingua: ſcꝫ ope: ⁊ veritate: ⁊ ꝓpter hoc ordinatũ eſt tertiũ p̄ceptũ qḋ q̄dẽ ſcribitur, Exoḋ. xx. c. ſic. Memẽto vt diẽ ſabb. ſanctifices. Dñr aũt illa ſancificari lege: q̄ diuino cultui applicãꝫ. Cũ ḡ in ſabbõ iubeat dñs: vt hõ vacet reb⁹ diuinis: iõ ſãctificare dr. Sed qꝛ ſabbatũ interp̄taꝫ reqes. iõ q̄libet dies dñica põt dici dies ſabbati ⁊ ſiľr q̄lꝫ dies ſtatuta: ad venerationẽ diuinã in q̄b⁹ ceſſãdũ eſt ab opib⁹ ſeruilib⁹: vt infra dicem⁹. Hinc hie. i ſmõe de die dñice de reſurrectio. ita inq̄t. Aſtra oĩa ⁊ elemẽta: letãꝫ q̄ patiẽte dño ꝓpriũ lumẽ retraxerãt. ⁊ fugerãt, ⁊ noluerãt: ſuũ creatorẽ aſpiſcere crucifixũ: nũc victorẽ illũ: ab inferis reſurgẽtẽ ſuo ſi dicit põt fulgore: et ſuo ꝓſequũꝫ officio. Et iteꝝ ibidẽ ſubiũgit. Hiero. ſic. Qũo. Maria ꝟgo mr̃ dñi inter oẽs mulieres p̄cipatũ tenet. ita inter ceteros dies hec oĩm dieꝝ mr̃ eſt. Hec. hiero. Nota ḡ ꝑ creationẽ languentis aĩe ꝙ iſtḋ tertium preceptum diuine legis poteſt exponi quatuor modis. ¶ Primo ſcḋm ſenſum lr̃alem. Eſt enim ſenſus lr̃alis ſcḋꝫ ſctm̃ Thomã in prima parte. q. j. ar. x. fundamẽtũ alioꝝ ſenſuum ex quo ſolo põt trahi argumentum nõ aũt ex his ſcḋm allegoriã dicunꝫ. vt dr. Aug in epľa .J. Uincentiũ donaſtiũ. Sic igr̃ ſcḋm ſenſum lr̃alẽ dies ſabbati precipitur ſanctificari, ad rep̄ſentãdũ opus creationis mundi a quo requieuiſſe dr̃ deus ſeptima die. In cuius ſignũ dies ſeptima mandaꝫ ſanctificãda id eſt deputanda ad vacandum deo. Et iõ in lib. Exo. xx. c. deſcrib'tur p̄mo preceptum de ſanctificatione ſabbati cum dicitur. Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Deinde aſſignatur ratio cum ſubiũgitur ſic. Sex eñ diebus fecit deus celum: ⁊ terrã, mare: ⁊ oĩa q̄ in eis ſunt: ⁊ requieuit in die ſeptimo. Hec ibi. Et ſicut dicit ſanctus Thomas in opuſculo de decem preceptis. Preuidit ſpiritus ſanctus ꝙ futuri erant aliqui philoſophi ſiue heretici qui eſſent dicturi mundum ſemper fuiſſe. Et idcirco voluit deus: vt cuſtodiretur vnus dies ebdomade in memoria, quod de⁹ oĩa creauerat in ſex diebus: ⁊ in ſeptima die requieuit .i. ceſſauit a nouis creaturis condendis. Unde. Exo xx. c. dr. Sex dieb⁹ opaberis omnia opa tua. Septimo autẽ die ſabbatũ dñi dei tui eſt. ¶ Nota hic quod iudei memoriã prime creationis q̄n ſcꝫ creauit deus celum: ⁊ terrã: ⁊ oĩa q̄ in eis ſunt. celebrabant ſabbatum. Sꝫ veniens xp̄s in carnẽ facit nouã creationem Et iõ ꝑ primã creationem homo: terrenus creatus eſt: per ſcḋam hõ celeſtis effectus. vnde. Paulus ad Galathas vj. c. ait In chriſto ieſu neqꝫ circunſio aliquid valet neqꝫ prepuciũ: ſed noua creatura. Que quidem creatura incepit in reſurrectione chriſti: vt dicemus.

no. ḋ trib⁹ p̄cepť prie tabule.

Dies dominica põt dici dies ſabbati.

Iſtḋ p̄ceptũ exponiꝫ q̄tuor modis.

S. Tho. Quare cuſtodiꝫ dies ſabbati.

Scdo explanatur iſtō pceptū ſcdm intellectū miſticū.ſ. Debem⁹ cauere a trib⁹ ꝛ p̄mo ab ope pcti. Joānes. No. de eo q̄ peccat in die feſto. Auguſt.

¶ Scdo iſtō pceptū pōt exponi ſ₃ intellectū myſticū vl̓ ſpūalr̄. Nā ſabb. interptat̄ qes: ꝛ ſic ſpūalit̄ ſignificat ceſſationē ab actu pcti ꝛ quietē mētis in deo. Ut aūt puri ꝛ quieti deo ſtare cū deo ſtare valeamus a trib⁹ cauere debem⁹, put colligit̄ ex dictis btī Tho in. ij. ij. q. cxxij. ar. iiij. in rn̄ſiōe ad tertiū argumētū. Et itex in opuſculo de. x. pceptꝫ. Prio debem⁹ cauere op⁹ pcti, ꝛ ꝙuis pctm̄ oī tpe ꝓhibeatur: magis tn̄ in die ſabbati: qꝛ op⁹ pcti eſt magis ſeruile ꝙ̄ qdcūq₃ op⁹ corpale ꝙuis licitū. Nō em̄ magis impedit̄ a reb⁹ diuinis ꝑ op⁹ pcti ꝙ̄ ꝑ op⁹ copale: intellige hoc de pctō mortali de q̄ d̄r. Joh. viij. c. Qui facit pctm̄ ſeru⁹ eſt pcti. Nā q̄ facit pctm̄ veniale in ſabbato nō facit ꝯtra hoc pceptū: qꝛ veniale pctm̄ nō tollit grāꝫ. ſ₃ q̄ peccat mortal̓r in die feſto facit duo mala ꝯ hoc pceptū: qꝛ offēdit deū ꝛ opando ꝛ peccādo Qui em̄ fornicat̄ in die feſto facit ꝯtra duo pcepta. ſ. nō mechaberiſ. ꝛ ꝯtra iſtō de ſctificatiōe ſabbati. hinc. Aug. lib. de. x. cordis: ita inqt. Meli⁹ faceret iudeus in agro ſuo aliqd vtile ꝙ̄ ſi in theatro ſeditioſus exiſteret. Et meli⁹ femine eorū die ſabbati lanā facerent ꝙ̄ ſi tota die in neomenijs ſuis impudice ſaltarēt. Hec Aug.

Scdo debemus in die feſto cauere ociū. hierony. S. tho.

¶ Scdo debem⁹ in ſabbō cauere ociū ꝛ negligētiam: qꝛ vt d̄r. Eccl̓iaſt xxxiij. Multā maliciā docuit ocioſitas. Et. Hier̄ ad ruſticū monachū in ep̓la q̄ incipit. Nihil xpiano felicius, d̄t ſic, fac aliqd opis vt te ſemꝑ diabol⁹ inueniat occupatū. Et ideo debemus occupari dieb⁹ feſtiuis in opib⁹ ſpūalib⁹, qꝛ vt. d̄t. S. Tho. in. ij. ij. q. cxxij. ar. iiij. in rn̄ſione ad iij. ar. Nullus ſpiritualis act⁹ exercitiū eſt ꝯtra obſeruationē ſabbati: puta ſi quis doceat verbo vel ſcripto vel baptizet vl̓ oret et hmōi. ¶ Nota ergo ad maiorē intelligentiā ꝙ legim⁹ in li. Numeri. xxij. c. qualiter dixit dn̄s ad. Moyſen, vt perciperet filijs iſrael quaten⁹ qualibet die offerrēt vnū agnū mane, ꝛ vnū aliū veſpere. S₃ in die ſabbati pcipit vt duplicarēt ſacrificiū. ſ. vt offerrēt duos agnos immaculatos: ſic pariter alia q̄ offerebāt in ſacrificio duplicabantur in ſabbō vt d̄r ibidem. S₃ qꝛ ſtat⁹ ille iudaice legis erat totus figuralis legis grē. Jō nos xpiani qꝛ

Judei in die ſabb. duplicabāt ſacrificiū ꝛ qd ſignificabat.

iuſticia d₃ eſſe perfect: or i hac figura admonemur vt in diebus feſtiuis velimus offerrre maiora. Et primo debem⁹ offerre cor noſtrū ꝛ animam noſtram dolēdo de pcti s: qꝛ tale ſacrificiū eſt nobiliſſimum ꝛ inter oīa deo grauiſſimū, de quo hic. Dauid in pſal. l. ait. Cor. ꝯtritū ꝛ humiliatū deus nō deſpicies. Etiā debemus offerre ſacrificium orationis ꝛ deuotionis, de quo. Dauid in pſal. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in ꝯſpectu tuo. Nā dicit ſanctus. Tho in opuſculo de decem preceptis: ꝙ iō factus eſt dies feſtus ad habendum ſpiritualem leticiam quā facit deuota oratio. Jdeo in die feſto debemus multiplicare preces contemplationes et alia ſpiritualia exercitia: audiendo miſſas diuina officia predicationes ſtudia ꝛ lectiones ſacre ſcri-

pture: qr qui ex deo eſt verba dei audit. Joā. viii. c ¶ Tertio debe-
mus cauere opa corporalia. Vñ Hiere. xvii. c. dr ſctificabis ſab-
batum: vt non facias opus ſeruile. ⁊ Leuit. xxiii. c. Omne opus
ſeruile nō facietis in eo. Dicūtur aūt opa ſeruilia: opera mechanica
agricultura mercatū pctā: ⁊ omne opus impediēs vocationē di-
uinam. Sed ſciendū eſt ſm Tho vbi ſupra q̄ opa corpalia pñt
fieri in ſabbato ppter quattuor. Primo ppter neceſſitatem: vbi dñs
excuſauit diſcipulos euellētes ſpicas ſabbato, ⁊ dicēs contra pha
riſeos. Non legiſtis qd fecerit dauid qñ eſuriit: ⁊ qui cū eo erāt
quō intrauit in domū dei, ⁊ panes ppoſitionis comedit: q̄s non
licebat ei edere nec his qui cum eo erāt: niſi ſolis ſacerdotibus.
Matth. xii. c. Scdo ppter ecclie vtilitatē: vñ dr Mat. xii. q̄ ſa-
cerdotes faciebāt oia neceſſaria in templo in die ſabbati. Tertio
ppter primi vtilitatē: vñ dñs curauit in die ſabbati habentem
manū aridā: ⁊ cōfutauit iudeos reprehendētes eū dādo exēplū
de oue, dicens. Matth. xx. c. Quis erit ex vobis hō, qui habeat
ouem vnā ⁊ ſi ceciderit hec ſabbatis in foueā nōne tenebit ⁊ le-
uabit eam: quāto magis melior eſt hō oue. Hec ibi. Quarto ppt
ſuperioris auctoritatē: vñ dñs pcepit iudeis, vt circūciderēt in
die ſabbati. Et ſic patet expoſitio ſcdm intellectum myſticum.
¶ Tertio illud pceptū pōt exponi allegorice: dr aūt ſenſus alle-
goricus ab aleon grece: qd eſt alienū ⁊ gore ſnia: q̄ſi aliena ſnia.
Et ideo qñ dicta vel facta ſacre ſcripture exponunt de xpo dici
tur ſenſus allegoricus. Vñ apls ad Gal. iiii. Exponens aliqua
facta abrahe: dicit q̄ ſunt p allegoriā dicta. Sic igitur allegorice
loquēdo iſtud pceptū explanari pōt de xpo. Et ſic ſabbatū fuit
figura quietis xpi in ſepulchro, q̄ fuit ſeptima die. Voluit ergo
deus ſabbatū obſeruari: vt ſicut ſacrificia ſignificabāt mortem
xpi: ita q̄es ſabbati figurabat requiē corporis xpi in ſepulchro:
qd quidē dr quieuiſſe a corruptione. Vñ dauid in Pſal. ait. Ca-
ro mea requieſcet in ſpe. Et iterū Dauid. Nec dabis ſanctū tuum
videre corruptionē. Sed nos xpiani talia ſacrificia, q̄ erāt figu-
ralia nō ſeruamus: qr aduenietē re ⁊ veritate dz ceſſare figura:
ſicut adueniente ſole ceſſat vmbra. Chriſtus eſt ſol iuſtitie: vm-
bra ſunt oia figuralia vetuſte legis. Et ideo nota q̄ totū tēpus
qd decurſum eſt ab Adā vſq ad diē reſurrectionis xpi dicitur
tps tenebroſum ⁊ obſcurū: qr erat totū figurale: de quo dicit p
Eſaiā. ix. c. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucē ma
gnam habitātibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Et
Paulus ad Rom. xiii. c. Nox pceſſit dies aūt appropinquauit.
Abijciamus ergo opera tenebrarū, ⁊ induamur arma lucis, ſic
vt in die honeſte ambulemus. Ceſſauit ergo tps illud figurale
et obſcurū in ſabbato paſche, qñ xps requieuit in ſepulchro. Si-
gnificat eñi illa quies, q̄ ceſſaret ſabbatū preſente veritate: eo q̄
immediate debebat transferri in diem ſequentem, que fuit dies

Tertio i die feſto dbem⁹ ca uere opa corpalia.
Opa cor poralia pñt fieri die feſto quatuor rōnib⁹.
Matth.
Tertio iſtud pce ptum ex planatur allegori ce.
Quid eſt ſenſus al legoric⁹.
Paulus.
Quies ſabbati fi gurabat q̄etē xpi in ſepul chro.
Dauid.
Adueni ente ſole xpo ceſ ſant vm bre figu rarum.
Eſaias.
Paulus.

Dies ſab- bati trãſ- fertur in dñicã. Paulus.

dñica. vñ Paulus ad Ro.vj.c ait. Quõ xps ſurrexit a mortuis per gloriã prĩs: ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Si em̃ cõplantati facti ſumus ſilitudini mortis ei⁹ ſimul ⁊ reſurrectio-nis erimus. Hec Paul⁹. Et qr reſurrectio facta eſt in dñica die, ideo celebramus illũ diẽ, ſicut celebrãt Judei ſabbatũ ꝓpť primam creationẽ. Hinc diuus Hiero. in ſermone de die dñice reſurrectionis q̇ ſermo incipit. Nequeo fratres chariſſimi: vt ſic. Quid mihi neceſſe eſt infinita replicare Dies me deficiet ſi voluero oẽ diei iſtius exponere ſacrm̃: hoc tm̃ dico ꝙ vniuerſa ſabbati gřa ⁊ antiqua illa feſtiuitas ppli Judeoꝝ diei iſtius ſolẽnitate mutata eſt. Illi in ſabbato nõ faciebant opus ſeruile: nos in die dñica. hec Hiero. Et ita patz explanatio allegorica. Quarto exponitur iſtud p̃ceptũ ſcďm ſenſum anagogicũ. Eſt aũt hoc nomen grecũ Nam dicit̃ anagogicus ab ana, qđ eſt ſurſum ⁊ goge ductio: q̃ſi ſurſum ductio. Et ideo qñ dicta aut facta in ſcripturis ſctis exponunt̃ de his, q̃ ſunt in eterna gřia dicit̃ ſenſus anagogicus. Et ſic p̃ceptũ iſtud figurat illã eternã quietem fruitionis

S.Tho.

dei, q̃ erit in patria. Et idcirco nota ſm̃ Tho. in opuſculo de decẽ p̃ceptis, ꝙ aĩa nr̃a anteꝗ̃ perueniat ad illã eternã quietẽ: opꝫ vt p̃cedant in nobis tres q̇etes. Primo dꝫ quieſcere aĩa ab inq̇etudine pcti Quia pctm̃ habet in ſe quandã inquietudinẽ, ꝓpter

Seneca.

quam aĩa, q̃ eſt in pctõ nunꝗ̃ põt quietari: ⁊ ꝓpterea dicit Seneca ꝙ cõſciẽtia rea ſemꝑ in pena eſt. Iterũ Seneca in libro de moribus ait. Conſcientiã magis ꝗ̃ famã intende: falli nãqꝫ poterit fama, ꝯſcientia vero nunꝗ̃. Et in lib. de ꝓudentia inquit.

Eſaias.

Propriũ magni viri eſt ſemper aĩo eſſe felicẽ, ⁊ ſine morſu conſcientie tranſire vitã. Hinc Eſaias lvij. dicit ꝙ ſic. Cor impij q̃ſi mare feruens, qđ quieſcere non põt. Scďo dꝫ quieſcere a paſſionibus carnis, que diſtrahunt hominem ab omni bono: qꝛ vt ait

Paulus.

Paulus ad Galat. c.v Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autẽ aduerſus carnẽ. Et breuiter luxuria t. ſm̃ Hugonẽ eſt immoderata carnis petulantia, dulce venenũ, importuna lues, pernicioſa potio, que humanũ corpus debilitat, ⁊ virilis animi

Non eſt poſſibile duob⁹ dominis ſeruire.

robur eneruat. Tertio debet anima noſtra quieſcere ab occupationibus huius mundi: qꝛ impoſſibile eſt deũ, ⁊ mũdum diligere: ſicut impoſſibile eſt duob⁹ dñis ſeruire, deo, ⁊ diabolo: luci ⁊ tenebris: ſuperbie ⁊ humilitati: vitio ⁊ virtuti: bono ⁊ malo. Et ideo quãto magis ab amore terrenoꝝ animus noſter eleuatur,

Auguſt. Dauid.

tanto magis firmatur in deo. Unde Auguſti. in lib. lxxxiij. queſtionum ait. Charitas venenũ eſt ſpes adipiſcendoꝝ: aut retinendoꝝ tẽporaliũ. Propterea ſancti oĩa dimiſerunt: vt quieſcerent in eterna pace. hinc Dauid. Hec requies mea in ſeculũ

Preceptum de ſctificatiõe ſabbati.

ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eam. Ex dictis patet ꝙ iſtud preceptum de ſanctificatione ſabbati eſt partim morale: ⁊ partim cerimoniale. Si enim cõſideretur ratione ſignificationis eſt

cerimoniale. Si autem conſideret̃ ratione virtuoſi operis ē mo⸗
tale. Poteſt etiam dici preceptum naturale ex eo. ꝙ naturalis
inclinatio eſt homini ad vacandũ rebus diuinis in aliquo tp̃e.
Dicitur etiam iſ̃ pceptũ generale ꝓut figurat quietem fruitionis
dei que erit in patria. Si autem vis diligẽtius rememorare ꝙ
modis offenditur deus in hoc p̃ceptoꝛ recogita explanationem
huius precepti que datur ab autore mihi incognito ſic.
¶ Qui non confeſſus: dimittens ꝛc ſacramentum. — *Explanatio ſuper hoc precepto per verſus.*
In feſtis miſſam ſine culpa: inductor ad illud
Qui manuale facit: vendens: emens non edends.
Jeiunium frangit: qui tertia comedit hora
Impletum in feſto peccatum grauius extat.
Aſſumens criſma ſacramentum vel mulierem.
Si peccator erat mortali fune ligatus
Eccleſie vetito qui contrahit tempore ſacro
Coꝛizan: ludens veneri: mortaliter egit.
Sabbata Sanctifices violat reus atq̃ ſuperbus.
¶ Hec de tertio precepo diuine legis dicta ſufficiant.
¶ De quarto precepto diuine legis.
Oſt tria p̃cepta prime tabule que oꝛdinãt nos ad di
lectionẽ dei. Supeſt vt videam⁹ de aliis ſeptẽ prece⸗
ptis que in ſecũda tabula fuerunt deſcripta ꝛ oꝛdi⸗
nata ad dilectionẽ proximi. Sicut em̃ duo gñalia p̃⸗
cepta dilectionis. ſ. dei ꝛ ꝓximi: ita i duab⁹ tabulis — *S. thom.*
hmõi p̃cepta ſunt diſtincta. vñ S. Tho. in. ij. ij. q. cxxij ar. v. ubi
q̃rit: vtrũ ↄueniens tradat̃ q̃rtũ p̃ceptũ de honoratiõe parẽtũ: dt
ſic. Precepta decalogi oꝛdinãtur ad dilectionẽ dei ꝛ ꝓximi: inter
primos aũt maxĩe obligamur parẽtib⁹. Et iõ immediate poſt
p̃cepta oꝛdinãtia i deũ ponit̃ p̃ceptũ oꝛdinãs nos ad parẽtes q̃
ſunt pticulare p̃ncipiũ nr̃i eẽ: ſicut de⁹ ē vniuerſale p̃ncipiũ. Et
ſic ē q̃dã affinitas hui⁹ p̃cepti ad p̃cepta p̃me tabule: Hec Tho.
¶ Primũ ergo p̃ceptũ. ij. tabule qd ē q̃rtũ i oꝛdine toti⁹ decalo⸗
gi deſcribit̃. j. lib. Exo. xx. c. ſic honora patrẽ tuũ, ꝛ matrẽ tuã, vt
ſis lõgeu⁹ ſuꝑ terrã q̃ dñs de⁹ tu⁹ dabit tibi. Suꝑ q̃ p̃cepto no — *Nulli p̃ceptoꝝ ꝓmittit̃ vita longa niſi huic de honorãdis parẽtibus.*
tare debes ꝙ nulli alioꝝ p̃ceptoꝝ adiũgit̃ ꝓmiſſio lõgioris vi⸗
te niſi tm̃ huic p̃cepto. Sed q̃re. q: certe dignũ eſt. vt ↄſeruator
aliene vite mereat̃ ↄſeruationẽ vite ꝓprie. Qui enim recogno⸗
ſcit bñficiũ vite naturalis quã hꝫ a parẽtibus: efficit̃ dignus nõ
ſolũ vita naturali: ſed vita gratie q̃ eſt maioꝛ: ꝛ ꝑ conſequens vi
ta glorie q̃ eſt maxima. Sic per oppoſitũ de his qui inhonorant
parentes ſuos iuſto dei iudicio inhonorantur hac tripl ci vita.
Sed cõtra, videt̃ ꝙ promiſſio longioris vite q̃ additur huic pre
cepto ſit incõueniens ꝛ deceptioſa. Nã ↄtingit quãdoq̃ immo
experientia hoc docet: quod plures qui honorant parentes ſu⸗
os citius moriuntur. Et econuerſo multi qui verbo, et facto,

offendit parētes, diutius ꝯseruātur in pñti vita. Et sic vr̄ talis ꝓmissio conueniēs. Huic obiectioni rn̄deo ſm Tho. in .ſ.ij q.c.

S. thom rn̄det qōni.

xxij. in .v. rn̄sione ad iiij. arg Et iterū in opuſculo de decē preceptis: vbi dt, ꝙ lōgeuitas ꝓmittitur honorātib⁹ parētes nō solū q̄tū ad futurā vitā: ſʒ etiā q̄tū ad pñtē ꝛ hoc ratiōabi iter: qꝛ ille q̄ grat⁹ est bñficio merek ſm quādā ꝯgruētiā: vt ſibi bñficiū ꝯseruek: ſʒ ꝓpk ingratitudinē merek q̄s bñficiū ꝑdere. Et qꝛ bñficiū vite corporalis poſt deū habem⁹ a parētib⁹: iō ille q̄ honorat parētes ſuos tanq̄ꝫ grat⁹ merek vite ꝯseruationē. Qui ꝟo in honorat parētes ſuos tanq̄ꝫ ingrat⁹ merek vita ꝑuari. Sʒ qꝛ pñtia bona vel mala nō cadūt ſub merito vel demerito, niſi inquātū ordinank ad futurā remunerationē. Iō q̄nq̄ꝫ ſʒ occultā rōnē diuinoꝝ iudicioꝝ q̄ maxie futurā remunerationē reſpiciūt aliq̄ filij q̄ ſunt pij in parētes citi⁹ vita ꝑuā. ur. Alij ꝟo q̄ ſunt impij in parētes diuti⁹ viuūt. Sʒ nota ꝙ ꝓprie dr vita lōga q̄ñ eſt plena ꝟtutib⁹ ꝛ q̄ nō mēſurak tp̄e lʒ actiōe ſm pħm. Et iō ꝟtuoſus ꝛ ſctūs diu viuit q̄ꝫuis cito moriatur corpl'r. Vñ Sapieñ iiij c. Cōſummat⁹ in breui expleuit tp̄a ml'ta: placita eñ erat deo aīa illi⁹. Vere optime mercak ille q̄ tm̄ ꝓpak vna die q̄tū alius vno anno. Etiā recordari te volo ꝙ q̄nq̄ꝫ accidit vt vita lōgior cā ſit mortis corpalis ꝛ ſpūalis: ſicut accidit inde herodi anthioco decio: quintiano: daciano: atq̄ꝫ alijs tyrānis ac peſſimis viris q̄b⁹ meli⁹ fuiſſet vt in vtero mr̄is eſſent ſuffocati: ꝛ ita pꝫ rn̄ſio ad qōnē. Et ꝙ ꝓmiſſio lōgioris vite ꝯueniēter addik huic p̄cepto.

Quare boni filij citi⁹ moriuntur.

Vita nr̄a dr longa q̄ñ eſt plena virtutibus.

Sapieñ.

Nota ꝯ eos q̄ appetūt lōgitudinē vite.

Qōnes mouenk ſup iſto precepto

¶ His igr̄ ſic ꝑlibatis ad maiorē euidētiā hui⁹ p̄cepti mouenk plura dubia. Et primo ſup illo ꝟbo honora patrē tuū, talis mouek qō. Cū multi dicāk patres diuerſis rōnibus. qꝛ dr pr̄ carnalis: pr̄ dignitatis: pr̄ ptātis: pr̄ etatis: pr̄ tuitiōis vl' cure. Iō q̄ritur: vtrū oēs iſti pr̄es ex vi huius p̄cepti ſint diligēdi ac honorādi: huic qōni rn̄deo ſʒ Tho. l. ij. ij q. cxxij. ar. v. Et iteꝝ i opuſculo de decē p̄ceptis: vbi dicit ꝙ oēs iſti pr̄es ex vi huius p̄cepti honorādi ac diligēdi ſunt: qꝛ oēs portāt q̄ndā mō ſimilitudinē illius magni patris q̄ in celis eſt. De q̄bus dr. Lu. x. c. Qui vos audit me audit: ꝛ qui vos ſpnit me ſpnit Illos tn̄ ampliori honore ac dilectione debem⁹ venerari q̄s nouim⁹ pleniorē rōnē hr̄e vel honoris, vel dilectionis. Sic igit̄ dicēdū eſt: ꝛ cōſideretur ꝑmo pr̄ carnalis inquantū ip̄e hʒ rōnē pͥncipij naturalis originis quod quidē hʒ rationē eminētioris boni ꝛ deo ſimilioris. Sic pr̄ ꝛ mr̄ ſunt ſuper oēs diligendi. Iō dicit Ambroſius ꝙ primo debemus diligere deū: ſcd̄o pr̄em ꝛ matrē. Rationē huius reddit phs qui dicit ꝙ ex magno bñficio recepto a parētib⁹ nō poſſumus eis rn̄dere ex equali. Et ideo pater offenſus a filio poteſt illū expellere: ſed non econuerſo. vnde Eccleſia. vij. ca dicitur ſic. Honora patrē tuū ꝛ gemitus matris tue ne obliuiſcaris. Memēto q̄m niſi per illos natus nō fuiſſes. Habent quippe filij a

Patres ſūt multi.

S. thom

Pr̄ carnalis eſt ſup oēs diligēd⁹ ſʒ quare.

Ambro.

Pr̄ pōt expellere filiū ſed nō econuerſo.

parētibꝰ tria magna: videlicet eſſe, nutrimētū, ⁊ diſciplinā. Et qꝛ dant nobis nutrimentū a pueritia. ideo non debemus eis dare in ſenectute. Eccl' iiij. c. Fili ſuſcipe ſenectā patris tui ⁊ nō cōtriſtes eū in vita illius. Nota in cōfuſiōe illoꝝ filioꝝ q̄ ſunt crudeles parētibꝰ ſuis: ſcribit Caſſiodorꝰ in epl'is ſuis. li. ii. ꝙ Ciconie cū parētes earū pēnas ſenio cogente laxauerint: nec ad proprios filios idonei poſſunt inueniri: plumis ſuis genitoꝝ mēbra fouētes eſcis corpora laxa reficiūt ⁊ pia viciſſitudine iuuenes reddunt qd̄ a parētibꝰ paruuli ſuſceperūt. Magnꝰ quoqꝫ Albertꝰ. xxiij. li. de aialibꝰ dicit: de ciconia: ꝙ ita diu nutrit parētes q̄diu nutrita eſt ab eis: ⁊ iō pia auis ab antiq̄s eſt vocata: Hec Alberꝰ. Etiā qꝛ parētes docuerūt nos. iō debemus eis obedire: ꝓpterea Paulus ad Col' iij. c. ait. Filij obedite parētibꝰ veſtris ꝑ oia: hoc eſt placitū eſt deo. Nota cū dr̄ ꝑ oia intellige in oibꝰ q̄ ſunt ſm̄ deū ⁊ iuſtitiā: qꝛ aliter nō eſſet eis obediēdū: ſꝫ multo potiꝰ ſunt obediēdi: iuxta illud Lu. xiiij. c. Si q̇s nō odit prēm ſuū ⁊ mrēm nō pōt meꝰ eſſe diſcipulꝰ. Deꝰ eīm eſt verior pr̄: Hic Deu. xxxij. c. dr̄. Nunq̇d nō ipſe eſt pr̄ tuus q̇ poſſedit ⁊ fecit, ⁊ creauit te. hinc Hie. i epl'a ad heliodoꝝ nōdū epm̄. Epl'a incipit. Qm̄ ſtudio ⁊ amore ꝯtēderim: dicit ſic. Lꝫ in limie pr̄ iaceat per calcatū perge parentē, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola: ſolum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelē. Hec. Hie.

¶ Scd̄s pr̄ dr̄ ſpūalis: vt prelatꝰ vel ſacerdos q̇ honorādus eſt ratione dignitatꝭ duplici honore ſcꝫ ſuſtētatiōis, ⁊ ſubiectiōis, ſm̄ illud. Pauli ad. Thim̄ v. c. Qui bene preſūt p̄ſbyteri dupli ci honore digni habeātur: maxime q̇ laborāt in verbo ⁊ doctrina. Primo honorādi ſunt de tēporalibus: vt ꝓuideatur eis. Vn̄ Paulus. j. ad Coꝝ. ix. c. ait. Qui altario deſeruiūt cū altario participēt. Ita ⁊ dn̄s ordinauit his qui euangelium annunciant de euangelio viuere. Hec ille. Scd̄o honorandi ſunt per obedientiam. Hinc. Paulus ad Hebre. xiij. c inq̇t Obedite p̄poſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis Ipſi eīm peruigilant quaſi rōnem pro animabus vr̄is reddituri. ¶ Tertius pater dr̄ tp̄alis ptāis vt ſunt reges: ⁊ principes ac dn̄i tp̄ales qui dicuntur patres: eo ꝙ ꝓprium officium patris ſit bn̄facere filijs. Sic ſerui Naaman vocabāt principem ſuū patrē: vt dicitur. iiij. Reg. v. c. vbi dixerunt ei. Pater ſi rem grandē dixiſſet tibi propheta, ꝑfecto facere debueras. Ex quo textu pꝫ ꝙ reges: ⁊ principes dicūtur patres: qꝛ debent diligere ⁊ intendere ad bonū populi. Et iſtos honoramus per ſubiectionē Qꝛ vt ait. Paulus ad Rom̄. xiij. c. Ois aīa poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſt Et hoc non ſolum timore ſed amore. Nec ſolum ꝓpter rationem ſed ꝓpter ꝯſcientiam Ratio aūt huius eſt ſm̄. Paulum ibidem: qꝛ ois ptās a deo eſt. Et ideo ſubiungit. Paulus: reddite oibus debita: cui tributum tributum: cui vectigal, vectigal: cui timore ti-

Eccl'iaſ. Filij habēt tria a parētibꝰ. Eccleſiaſticꝰ

De ciconia exēplū. Caſſiodorꝰ. mag. Albertus.

Paulus

Lucas.

Deuterꝰ

Hieroñ

Scd̄s pr̄ dr̄ ſpūalis vt plaꝰ tus vl' ſacerdos.

Tertiꝰ dr̄ pr̄ tp̄al'r. vt rex vl' pricceps.

Paulꝰ.

Quartꝰ pr̃ dr̃ etate. Leuiticus. Ecclaſticꝰ. marcus tullius.

morē: ⁊ honore honorē: hinc Salomō ꝓuerb. xxiiij. c. Time dn̄m fili mi ⁊ regē, ⁊ cū detractoribus nō cōmiſcearis. ¶ Quartꝰ pr̃ dr̃ etate de q̄ ꝑcipit̃ Leuitici. ix. c. Corā cano capite cōſurge, ⁊ honora ꝑſonā ſenis. Et eccl'ia. xxxij. c. In medio magnatoꝝ loq̄ nō ꝑſumas: ⁊ vbi ſunt ſenes nō multū loquaris. Hic Marcus tullius i, ij. li. de officiis: ita inq̄t. Facillime ⁊ in optimā ptē cognoſcunt̃ adoleſcētes q̄ ſe ad claros viros ⁊ ſapiētes, ⁊ bn̄ ↄſulētes reipublice cōtulerūt: q̄bus cū ſi frequētes ſunt aſſerūt opinionē poplo eoꝝ fore ſe ſil'es q̄s ſibi ipſi delegerit ad imitādū. hec Tullius.

Ualeriꝰ maximꝰ.

Et Valeriꝰ maximꝰ. in. ij. lib. c. j. de inſtitutis antiq̄s dr̃ ſic. Senectuti iuuētꝰ ita cumulatū ⁊ circūſpectū honorē reddat tāq̄ maiores natu adoleſcētiū cōmunes patres eſſent. Et iterū ibidē Ualerius ait. Inuitati ad cenā diligēter q̄rebāt quinā ei cōuiuio eſſent interfuturi ne ſenioris aduētū diſcubitu ꝑcurrerēt: ſublataq̄ mēſa priores cōſurgere ⁊ abire patiebāt̃. Hec ibi.

Quintus pr̃ dr̃ cura. Eccleſiaſticus.

¶ Quinto pr̃ dr̃ cura de q̄ eccleſiaſti. iiij. dr̃. Eſto pupillis miſericors vt pr̃: ⁊ ꝓ viro matri illoꝝ ⁊ eris tu velut filiꝰ altiſſimi obediens, ⁊ miſerebit̃ tibi magis q̄ mr̃: hec ibi. Hūc patrē tenemur honorare reddēdo vicē in bn̄faciēdo, vn̄ Eccl'ia. xxix. c. Gratiā fideiuſſoris ne obliuiſcaris: dedit em̄ ꝓ te aīam ſuā. Et breuiter in hoc

S. Tho.

ꝑcepto ſm̄ Tho. i. ij q̄ q c. ij. ar. v. i rn̄ſione ad ij. arg. itelligit̃ mādari q̄cq̄d ꝑtinet ad reddēdum debitū cuiuſcunq̄ ꝑſone. Et

Scd̄a q̄ſtio.

ſic p3 queſtiōis declaratio. Scd̄o, q2 dictū eſt in queſtiōe precedēti q̄ oīs pater ex vi huius precepti eſt honorādus. Iō contingit dubitare vtrū pr̃ ſpūalis ſit magis diligēdus vel honorandus q̄ pater carnalis. Pro rn̄ſione huius q̄ōnis nota q̄ in iſto

Pater dicitur duplíciter.

ꝑcepto cū dr̃ honora patrē tuū. Pater proprie ſumitur ille q̄ eſt ꝑncipiū per gn̄ationē quo ad eſſe nature: vt eſt pater carnalis. Vel dr̃ pr̃ q̄ eſt ꝑncipiū ꝑ miſteriū regn̄ationis q̄ ad eſſe grē: vt eſt pr̃ ſpūalis. Et ſic iſti duo ꝓprie dicunt̃ patres. Alio mō ſumitur pr̃ nō ſm̄ ꝓpriam rationē ſed ſm̄ rationē ꝑſone: ⁊ ſic dicitur pater vel ratione etatis, vel poteſtatis, aut dignitatis vel cure: de quibus omnibus dictū eſt in q̄ōne precedēti. ¶ Preter iſtos patres eſt vnus alius ſuper oīes q̄ dicitur pater noſter celeſtis qui h3 plenisſimam rōnem paternitatis tam reſpectu corporis

Iſayas. Hierem. Malac.

q̄ aīe. De quo Iſayas. lxiij. c. ait. Tu dn̄e pater noſter, redēptor noſter a ſeculo nomen tuum. Et Hieremie. xxxj. c. Factus ſum iſraeli pater: ⁊ Effraim primogenitus meus eſt. ⁊ Malachie. ij. ca. Nunquid non pater vnus oīm noſtrū. Nunquid nō deus vnus creauit nos, hic ergo ſolus eſt verus pater, ⁊ nō alius qui

Matth.

formauit corpora noſtra in vtero matris. Et ꝓpter hoc ait veritas Matt. xxiij. Et patrem nolite vocare nobis ſuper terram. Unus eſt enim pater veſter qui in celis eſt. Nec vocemini magiſtri: q2 magiſter veſter vnus eſt Chriſtus. Hec ibi. Intellige hic q̄ Chriſtus eſt magiſter, ⁊ pater principalis: a quo ceteri

magiſtri,ꝛ patres ꝓcedunt. Un̄ Hiero. in iiij. lib. ſup Mattheū
ſic declarat hunc paſſum dicēs. Nec magiſter, nec pr̄ vocandus
eſt alius: niſi deus pr̄, ꝛ dn̄s noſter Jeſus xp̄s. Pater quidem: qꝛ
ex ipſo ſunt oīa. Magiſter, qꝛ per ipm̄ oīa, vel qm̄ per deſponſa-
tionem carnis oēs recōciliati ſumus deo. Hec Hiero. Quid ob- Hieroñ.
ſecro operātur pater vel mr̄ in formatione filij? Qui ignorāt qd̄
habeatur in vtero vtrū maſculus vel femina, aut magnus aut
paruus, aut viuus, aut mortuus. Sed pr̄ ille celeſtis eſt, q̄ oīa
per infinitā potentiā ſuā format corpa, ꝛ creat aīas. Propterea Job pa-
Job agēs grās huic indulgētiſſimo pr̄i, ita inquit: Manus tue tientiſſim⁹
dn̄e fecerūt me: ꝛ plaſmauerūt me totū in circuitu, ꝛ ſic repēte p̄- agit gra-
cipitas me. Memēto q̄ſo, ꝙ ſicut lutum feceris me: ꝛ in puluerē tias dn̄o.
reduces me. Nōne ſicut lac mulſiſti me, ꝛ ſicut caſeū me coagu-
laſti. Pelle ꝛ carnibus veſtiſti me: oſſibus et neruis compegiſti Mulier
me. Uitam ꝛ mīam tribuiſti mihi. Job. x. c. Etiam illa ſanctiſſi- Macha-
ma ac fideliſſima mulier Machabea dum ſeptē filios ſuos cer bea hor-
neret corā ſe occidi a rege Anthioco, eo ꝙ nollent carnes porci- tabat̄ fi-
nas contra legis p̄cepta comedere: hortabatur illos ad mortem lios ad
dicens: vt vellēt corpora ſua ac ꝓpriā vitā reddere creatori oīm mortē.
qui eis talia cōtulerat. Unde. ij. Macha. vij. c. ſic loquebat̄. Ne- ij. mach.
ſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis. Neqꝫ enim ego ſpiritū ꝛ
aīam donaui vobis ꝛ vitā: ꝛ ſingulorꝫ membra nō ego ipſa com
pegi. Eſt eni mundi creator qui formauit hoīs natiuitatē: quiqꝫ
oīm inuenit originē. Et ſpm̄ vobis iterum cū mīa reddet ꝛ vitā:
ſicut nūc voſmetipſos deſpicitis ꝓpter leges eius. hec ibi. Hinc
Lactātius ait: Deus veri patris officio functus ipſe corpus effe
cit: ipſe aīam qua ſpiramus infudit: ipſius eſt totū quicqd̄ ſu- Lactan.
mus. Hec Lactantius. Iſte ergo celeſtis pr̄ non ſolū eſt a nobis
honorandus: ſed totis reaſſumptis viribus eſt legitime adoran
dus, ac pura mente colendus. Ideo p̄cipitur nobis Deut. vi c. ꝛ
Matth. xxij. Marc. xij. ꝛ Luc. x c. Sic diliges dn̄m deum tuū ex Matth.
tote corde tuo: ꝛ ex tota aīa tua, ꝛ ex tota fortitudine tua. Sed Marcus
qꝛ ſumus rebelles ꝛ tanto pr̄i ingrati: nec exhibemus ei talem Lucas.
honorē. Ideo per Malachiā ꝓphetā cōqueri̊t d. Filius hono Mala-
rat patrē ꝛ ſeruus dn̄m ſuū. Si ergo pr̄ ego ſum: vbi eſt honor chias.
meus. Et ſi dn̄s ego ſuꝫ: vbi eſt timor meus dicit dn̄s exercituū. Hieroñ.
Malachie. i. c. Quaſi dicat ſm̄ Hieronymū ſuper eodem loco.
Aut pater ſum veſter, aut dn̄s. Si pr̄ debitū patri honorē red-
dite: dignam parētu offerte pietatē. Si dn̄s cur me contemnitis:
cur dn̄m nō timetis. Et ſic ptꝫ quantū teneamur patrē creato-
rem nr̄m ſimplr̄ ſuper oēs patres ac creaturas honorare. Quā
do aūt queritur. Utrū pater ſpūalis ſit magis diligēdus, q̄ pa-
ter carnalis? Ad hoc dicitur q̄uis pater ſpūalis, ꝛ pater carna
lis ſint miniſtri illius eterni patris, cuius gratia ac virtute ope
rantur in generatione filij: tamen pater ſpiritualis non eſt ita

vera cauſa bñficii q̃ filio impendit, ſicut pater carnalis: q2 nõ dat illud pure miniſterialiter. Pr̃ aũt carnalis dat filio eſſe nature ſicut ꝑncipiũ, ⁊ cã magis efficiẽs ꝑ gñationẽ q̃ ad eſſe nature. Et ſil'r bñficiũ nutrimẽti ac doctrine Et ſic pr̃ magis diligendus ⁊ honorãdus magnus debet pr̃i ſpũali, q̃ pr̃ eſſe ꝑncipiũ p miniſteriũ regñationis q̃ ad eſſe gr̃e: tñ rõne ſtatus dignitatis bñficij: ac ſubſidij ſpũalis. Et ita in ſpũalibus pr̃ magis honorãdus ac obediẽdus. Ex dictis pʒ q̃onis determinatio.

Pr̃ ſpũalis, et pr̃ carnalis ſunt miniſtri illi9 eterni patris.

¶ Tertio ſup iſto ꝑcepto talis mouetur q̃ō. Utrũ pr̃ ſit magis diligẽdus q̃ mr̃. Huic q̃oni rñdet S. Tho. in ij.ij. q. xxvj. art. x. vbi dicit q in oĩb9 iſtis ꝯparationib9 põt eſſe tãta diſtãtia virtutis ⁊ malitie: vt amicitia ſoluat vel minuat: vt Phs dicit in. viij. lib. ethicoꝝ. Sed ſi loq̃mur ꝓprie ⁊ ꝑ ſe: vt intelligat q̃ō: an pr̃ inq̃ntum eſt pr̃ ſit magis diligẽdus q̃ mr̃ inq̃ntũ eſt mr̃. Sic dico q pr̃ magis eſt amãdus q̃ mr̃. Cuius rõ in hoc eſt: q2 pr̃ ⁊ mater amant: vt q̃dã ꝑncipia naturalis originis. Pr̃ aũt hʒ excellẽtiorẽ rõnẽ ꝑncipij q̃ mr̃: q2 pr̃ eſt ꝑncipiũ p modũ agẽtis: mr̃ aũt magis p modũ patiẽtis ⁊ materie. Et iõ ꝑ ſe loquẽdo pr̃ eſt magis diligẽdus.

Tertia q̃ō vtrũ pr̃ ſit magis diligend9 q̃ mater. S. Tho. Phs. Pr̃ hʒ excellentiorẽ rõnẽ ꝑncipij q̃ mater.

Nota q loq̃mur hic de amicitia, q̃ debet pr̃i ⁊ mr̃i ſm gñationis rõnẽ: hinc Hiero. ſup Ezechielẽ ait. Poſt deũ oĩm patrem diligẽdus eſt pr̃ poſtea mr̃. Iterũ Hieronymus in ep̃la de honorãdis parẽtib9. Et eſt ꝑncipiũ ep̃le: vʒ ſic. parentũ meritis ſubiugãs filios oĩpotẽs deus: ſeruiendi legẽ poſteris in officijs dedit: vt diuino cogant imperio facere: q̃ debuit pietas ſuadere, dicẽte in lib. Exodi. Honora patrẽ tuũ, ⁊ matrẽ tuã, ſicut ꝑcepit tibi dñs: vt bene ſit tibi, ⁊ longe ſis vite ſuper terrã, quam dñs deus tuus dabit. Audite filij ſalutiferã iuſſionẽ: ⁊ ꝑcepta legis affectu debiti amoris implere. Seruite patrib9 futuris, patres et matres vr̃as tenera charitate diligite: vt veſtre coniuges matrum mereantur noĩe nuncupari. Nemo parentẽ aſperis ledat verbis. Non fiat amara dulcedo: hoc ſit inter parẽtes ⁊ filios, q̃ dño iubẽte natura cõtinuit. Affectũ ſonẽt quicq̃d lingue dixerint liberoꝝ. Inter charas ꝯiũctaſq; pſonas pietatis iura ſeruent. Ora filioꝝ loquãtur: q̃ parẽtes delectat audire. Prebeatur parẽtibus amoris miſta formido: qui primi ſunt nobis cauſa naſcẽdi. Exhibete prib9 filij q̃ vos poteſtas pr̃ni noĩs cogit: q̃ a deo eſt eoꝝ meritis attribuat: vt ipſe a vobis exigat q̃ natura iubet. Hec Hiero.

Hieroñ. No. aureã ſniaʒ diui Hieronymi.

Sed ſi loquamur de amicitia, que debetur parẽtibus ſm alias ſpecies amicitie. Aut rõne laboris: aut rõne virtutis: aut dilectionis vel certitudinis. Sic dico q mater eſt valde honorãda ac charo corde diligẽda. Nam mr̃ magis ac magis laborat circa filios q̃ pr̃. ſ. portãdo, pariendo, educãdo. Ideo dr̃ Eccl'iaſtici. vij. c. Gemitum matris tue nõ obliuiſcaris. Et Thobie iiij. ca. Memor enim eſſe debes, que ⁊ quanta pericula paſſa ſit propter te in vtero ſuo mater tua. Etiam mater eſt

Nota q̃modo mr̃ eſt charo corde diligenda ac honoranda.

magis certa de gñatiõe filij q̄ pr̄, q̄ ⁊ credit filiũ eſſe ſuum tñ nõ hʒ certitudinē. Dicit enĩ phs in. ix. lib. Ethicoꝝ q mr̄es magis ſũt amãtes filioꝝ. Laborioſior enĩ eſt gñatio mr̄ʒ ⁊ magis ſciũt q̄ ipſaꝝ ſũt filij q̄ pr̄es. Mr̄ quoqȝ maiorē ptem hʒ in corpore filij q̄ pr̄, q: quaſi totũ corp⁹ filij format ex mr̄e. Ut enĩ dt phs in pĩo de gñatiõe aialiũ. Femina in gñatiõe dat corp⁹. Et iõ ꝑpter hmõi rões mr̄ pl⁹ diligit filiũ q̄ pr̄. Uñ in morte vel in adverſitate filij magis dolet ⁊ affligit q̄ pr̄. Quia mulieres naturalr̄ magis ꝯpatiũt q̄ viri, eo q mulier eſt magis mollis ⁊ paſſibilis cũ ſit frigida ⁊ humida. Nã in oĩ gñe aialiũ ſcđʒ phm femine ſũt molliores maſculis p̄ter vrſã ⁊ leopardã. Uir autem eſt naturaliter callidus ⁊ ſiccus: ⁊ iõ non ſic de facili patitur aut compatitur. Unde ſi filius ſublimat ad honores pl⁹ gaudet pater q̄ mat. Qđ aũt mater magis ꝯtriſtet in adūſitate filij: pater vero magis gaudeat clare per vba Salomõis ꝓbat puerb. x. c. cũ ait fili⁹ ſapiēs letificat patrē: filius vo ſtult⁹ meſticia eſt matris ſue. Propterea cũ amor dilectio ſiue charitas ſint reciproca: obligat filius totis reaſſũptis virib⁹ matrē diligere ac venerari. Hinc hierony. in epl'a de honorandis parētibus. Que quidē epl'a incipit, parētũ meritis: dt ſic. Mr̄ fil⁹ quoqȝ o filij debitã impēdite reuerētiã q̄ vobis vteri more ſeruientes pondus veſtri corpis tollerãt: atqȝ ignotã portantes infantiã famulatum quedã exhibēt naſcituris. Jllo tpe non ſolũ ſibi mater eſurit nec acceptas cibos ſola digerit mr̄no victualiter ille q̄ latet: eiuſdem mēbra alterius cõmeſticãs paſcunt vt hõ futurus alterius morſibus ſaturet. Quid ḡ ipſa mēor eſt nutrimēta ⁊ tenere infantie dulces iniurias q̄s nutritoris affectus de ſuis parabolis ſumit. Quid cibos in matre confectos qui femineis manantes ex mēbris: lacteũ lactantis ſoluũt in ſuccũ et in validas fauces liquido ſopore ꝓfũdunt. Cogente natura ſumũt infantes qđ bibãt ⁊ dēte nõ nato. Hoc ſibi currētib⁹ labr' elicium, quod nõ ſit neceſſe molere. Seruiũt materna poſteris pectora: ſeruiũt ipſis in cunabulis man⁹ ⁊ terga mēbris deuota lactãcium gros arct⁹ accipiũt. Optat mr̄ puulũ creſcere: optat cito vdiere maiorē: eũqȝ in humeris inuectum iuuiſere feſtinat nũqȝ ſibi forſitã ſeruiturũ. His tot tantiſqȝ p̄cedētib⁹ fact' parentibus tota debet alacritate ſeruiri. Reddatur nature debitũ: reddatur parētibus qđ debet. Exolue fili qđ debes, ⁊ officia debita qualiacunqȝ exhibe famulatu: q: parētib⁹ nemo põt reddere qđ debetur. Hec Hie. Et ſic patet q̄rũ teneantur filij parentibus ⁊ quomodo pater ⁊ mater ſint charo corde diligendi.

¶ Quarto ſuper eodem precepto queritur. Utrum vir coniugatus magis teneatur diligere vxorē q̄ patrē aut matrem? Et videtur quod vxor ſit magis diligenda, quia dicitur. Geñ. ij. ca. q̄obrem relinquet homo patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori ſue.

Phs. mr̄ magis amat filiũ q̄ pr̄ ⁊ q̄re.

Phs mr̄ in adverſitate filiorum magis affligit q̄ pater.

Salom.

hierony. No. pl'chra vba hierony.

Quot ⁊ q̄ta patiũtur mr̄ amore filiorum.

S. Tho. et erunt duo in carne vna. Rñdeo huic qõni, ſm Tho. in. ij. ij. q.
xxvj. ar. xj. vbi dt. Gradus dilectionis attendi põt, aut ſm rõnẽ
boni, aut ſm rõnẽ ↄiunctionis ad diligentẽ, ſm ergo rõnẽ boni
qḋ eſt obiectũ dilectionis magis ſunt diligẽdi parẽtes ꝙ vxo-
res: qꝛ diligunt̃ ſub rõne principij ⁊ eminentioris cuiuſdã boni.
Matth. Scḋm aũt rõnẽ cõiunctionis magis diligẽda eſt vxor: qꝛ vxor
ↄiũgit̃ viro ⁊ vna caro exiſtẽs ſm illud Mat. xix. c. Itaqꝫ iã non
ſunt duo: ſed vna caro. Et iõ intẽſius diligit̃ vxor: ſed maior re-
Hieron. uerentia eſt parẽtib⁹ exhibẽda. Hinc Hiero. in ep'la de honorã
dis parẽtib⁹ dicit ſic. Parẽtes eñ adeo dñt haberi dulciores: qꝛ
per alios reparari nõ pñt. Et cũ eos lex nature ſubtraxerit, nec
patrẽ tibi alterũ poteris iuenire nec matrẽ. Mutato cõiugio vi-
tricus pr̃ eſt, nec nouerca põt nomẽ mr̃is implere. Hec Hiero.
Iterũ Hiero. ad furiã ait. Honora patrẽ ſi mẽte a ꝟbo pr̃e nõ ſe-
paret. Hec Hie. Ad auctoritatem aũt, ꝙ in pͥncipio allegat̃ dicit
S. Tho. ſic: ꝙ nõ ꝗ̃tũ ad oĩa deſerit̃ pr̃ ⁊ mr̃, ꝓpt̃ vxorẽ. In q-
buſdã eñ magis dꝫ hõ aſſiſtere parẽtibus ꝙ vxori. Sꝫ ꝗ̃tũ ad
vnionẽ carnalis copule ⁊ cohabitationis relictis oib⁹ parẽtib⁹
hõ adheret vxori. Nõ ergo ſimpl'r relictis oibus: qꝛ nõ his ꝗ ad
Hieron. parẽtes ptinẽt qb⁹ ſubueniẽdũ eſt. Ideo Hie. in ep'la de honorã
Quinta dis parẽtib⁹ ait. Foueat̃ ſenectus parẽtũ, ⁊ factis eorũ viſtitu-
q̃ſtio. do reddat̃. hꝫ eñ quandã ſenectus infantiã. Hec Hie. ⁊ ſic pꝫ
Phs. q̃ſtio. Quinto ſup iſto ꝓcepto iterũ ſic mouet̃ talis q̃ſtio. Utrum
hõ debeat magis diligere filiũ ꝙ patrẽ: ⁊ vr̃ ꝙ ſic: qꝛ gr̃a perfi
cit naturã: ſed naturaliter parẽtes plus diligũt filios, ꝙ ab eis
S. Tho. diligant̃: vt Phs dicit in. viij lib. phyſico. ergo debemus magis
diligere filios ꝙ parẽtes. Huic q̃ſtioni rñdet S. Tho. in. ij. ij. q.
xxvj. art. ix. vbi dicit, ꝙ gradus dilectionis cõſiderari põt dupl'r.
Uno mõ ex parte obiecti. ⁊ ſic illud qḋ hꝫ maiorẽ rõnẽ boni eſt
magis diligendũ: qꝛ eſt deo ſimilius: ⁊ iõ pr̃ eſt magis diligẽdus
Ambro. ꝙ filius: qꝛ patrẽ diligimus ſub rõne pͥncipij. qḋ hꝫ rõnẽ emi-
nentioris boni, ⁊ deo ſimilioris. Hinc Ambro. ſup illud Matth.
honora patrẽ dicit ſic. Primus gradus pietatis eſt iſte, vt quos
actores tibi voluit eſſe deus honores obſequijs abſtineas cõtu-
melijs. Nec vultu legenda eſt pietas parentum. Hec Ambro.
Chryſoſt ſup illud. Mulier ecce filius tuus. dicit ſic. Docet nos
xp̃s vſqꝫ ad vltimã reſpirationẽ parẽtũ diligẽtiã habere: qꝛ eñ
Chryſo. alijs mulieribus aſtãtibus nihil dicit. Docet nos plus aliquid
Phs. impẽdere parẽtibus. Hec Chryſoſt. Alio mõ cõputat̃ gradus
S Tho. dilectionis ex parte ipſius diligẽtis, ⁊ ſic magis diligit̃ qḋ eſt cõ
Egidius iunctius: ⁊ ſm hoc filius eſt magis diligẽdus ꝙ pr̃: vt Phs di-
Roman⁹ cit in viij Ethic. hec aũt probatur quadruplici rõne, ſm Tho-
Pria ra- mam ibidem. Et Egidium Romanũ in. ij. lib de regimine princi
tio. pum parte. ij. c. iiij. Primã quidẽ quia parẽtes diligunt filios:
vt aliquid ſui exiſtẽtes: pater aũt nõ eſt aliquid filij. Et ideo di-

tertio ƀz quã pr̃ diligit filiũ ſimilioꝛ ē vna q̃ q̃s diligit ſeipſum. Amoꝛ ḡ paretũ ergs filios ꝓcedit a cã ad effectũ ⁊ a ſupioꝛi ad inferi⁹. Sz amoꝛ filioꝝ ad pr̃es procedit ab effectu ad cãm ⁊ ab inferioꝛi ad ſuperi⁹. Naturale eſt aũt ꝙ ſupioꝛa influũt in infeꝛioꝛa ⁊ ꝯſeruãt ea nõ aũt ecõuerſo. Parẽtes ḡ naturaliter affiaunt̃ ad filios vt influãt i eos: ⁊ vt cõgregẽt eis bõa vt poſſeſſiones ⁊ nũmiſmata: filij ƀo ecõuerſo nõ ꝯgregãt ꝓprib⁹ ſuis immo potius diripiũt ⁊ rapiũt bona parẽtũ: q꞉ inferioꝛa nõ influũt i ſuperioꝛa: ſz ſũt eis ſubiecta. ¶ Scõa rõ ſumit̃ ex certitudine ꝓlis Nã parẽtes magis ſũt certi de ſua ꝓle q̃ ꝓles de ſuis parentib⁹. ꝓles eñi certificari nõ põt niſi ex auditu ⁊ q̃buſdã ſignis. Parẽtes eñi ſtati cognitionẽ hñt de ipa ꝓle. Jõ tãto amoꝛ ē validioꝛ q̃to apđ parẽtes ē maioꝛ certitudo de ꝓle. Et ex hac rõne ꝓbat̃ ꝙ mr̃es pl⁹ diligũt filios q̃ pr̃es: q꞉ de illis certioꝛes exiſtũt: pr̃es ƀo hñt ſolã opinionẽ. ¶ Tertia rõ ſumit̃ rõne ꝓpinq̃tatis vel vnionis. Nã fili⁹ ē magis ꝓpinqu⁹ ⁊ vni⁹ pr̃i q̃ econuerſo. Cũ ḡ amoꝛ quãdã vnionẽ ĩpoꝛtet: q꞉ amoꝛ nil aliud eſt q̃ q̃dã vis ⁊ vnitas ꝯcretiua amãtis cũ amato. Jõ filij tãq̃ magˀ vniti ⁊ magˀ ꝓpinq̃ parẽtib⁹ magis diligũt̃ ab ipſis q̃ ecõuerſo. Filij eñi ſũt q̃dã ps pentũ: ps aũt magis vnit̃ cũ ſuo toto: q꞉ pri⁹ appĥẽdit̃ ab ipo q̃ totũ vniat̃ pti qđ ab ea ꝯpĥẽdi nõ põt. ¶ Quarta rõ ſumit̃ rõne durationis. Nã q̃to amoꝛ magis durat tãto efficit̃ vehemẽtioꝛ. Amoꝛ aũt parẽtũ ad filios vehemẽtioꝛ ē q̃ filioꝝ ad parẽtes. Stati pr̃ icipit diligere filiũ: fili⁹ aũt tpe ꝓcedẽte icipit diligere pr̃ez. Dilectio aũt diuturnioꝛ eſt foꝛtioꝛ ƀz illũ. Eccł. ix. c. Nõ relinquas amicũ antiquũ: nou⁹ eñi nõ erit ſilis illi. Et ſic ptʒ ꝙ fili⁹ magˀ diligit̃ a pr̃e quã ecõuerſo. ¶ Propter qđ ad parẽtes ſpectat diligere filios ⁊ ſollicitari circa regimẽ eoꝝ: q꞉ q̃libet ſollicit⁹ ẽẽ dʒ circa ea q̃ vehemẽt̃ amat ⁊ diligit. Ad id vehemẽter excitamur clariſſimo exẽplo patiẽtiſſimi ac btiſſimi Job q̃ ſummã vigilãtiã circa filioꝝ ſuoꝝ diſciplinã ſeruauit. Vñ Chryſ. circa finẽ tertij libri ꝯ impugnantes vitã monaſticã đt ſic. Job ſctiſſimũ viꝝ eũ ex ꝟtutib⁹ reliq̃s ſcriptura collaudat ꝙ fuerit iuſt⁹: ꝙ verax: ꝙ religioſus: ꝙ pius: tñ ex eo maxime ꝙ filioꝝ ſuoꝝ nutriẽdoꝝ habuit ſũmã diligẽtiã. nõ eñi ea cura vtebat̃: vt auꝝ illis copioſiſſime acq̃reret: nõ vt humana glĩa verẽdos ac illuſtres cerneret. Sz q̃d ille tãdẽ req̃rebat. Audi q̃d ſcriptura dicat. Cũ cõſũmati eẽt dies ꝯuiuij mittebat Job ⁊ ſanctificabat eos. Conſurgenſq; diluculo offerebat pro eis ſacrificia per ſingulos eoꝝ. dicebat enim Job in coꝛde ſuo. Ne foꝛte bñdixerint deũ filij mei in coꝛdib⁹ ſuis. Ulla ne iã nobis erit excuſatio. q̃ñ is q̃ añ grãm, añ legẽ fuit, q̃ nullo ſacraꝝ lraꝝ magiſterio inſtruct⁹ erat tantã filijs oñdit ꝓuidẽtiã vt de incertis q̃q; eoꝝ ⁊ occultˀ tremeret pauereṫq; de delictˀ. Quenam nos iam excuſabit ratio, qui cum ſimus ſub gr̃a ⁊ cum

Scõa rõ

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quid eſt amoꝛ.

Chriſoſ. Job laudatur: q̃ habuit filioꝝ ſummã diligẽtiam.

hmõi exẽplis abũdem⁹, totq; monumẽtis erudiamur nõ mõ p
Chriſo. arguit parẽteſq̃ nõ aĩa; ſʒ ſolũ cor pa filiorum diligũt.
occultis incertiſq; filiorum pctis nõ metuim⁹ verũ aperta quoq;
manifeſta ſcelera eorum ꝯtẽnim⁹. Hec. Chryſ. ¶ Iterũ, chryſoſt.
cõtra parẽtes q̃ ſolũ corpa filiorum diligũt aĩã ꝯtẽnũt ſup illo
Math. Acceſſit ad eũ mr̃ filiorum zebedei: ita inquit. Matres cor
pus natorum ſuorum amant animã aũt ꝯtẽnunt: deſiderãt em
illos videre in ſeculo iſto ⁊ non curãt q̃d ſint paſſuri in alio. A
liũ patres militias filũs prouidẽt: aliũ honores: ⁊ nemo filũs ſuis
Hieroni. Aurea ꝟba.
prouidet deum. Perditionem illorum cũ magno pcio comparãt:
ſalutem illorum nec dono accipere volunt. Si viderint illos
pauperes triſtantur ⁊ ſuſpirant. Si aũt viderint illos peccãtes
nemo triſtat vt cõfidant qr corporum parẽtes ſunt non aiarum. Hec
Chryſ. ¶ Etiam hie: ad Tiraſium de morte filie circa medium
epiſtole, q̃dẽ epl'a incipit Bñdicto ⁊ dilectiſſimo parenti. Tira
ſio: ſic ait. Deſtitutos ſe a morientibus filũs parẽtes ꝯquerũt.
Et viuos filios aut propter honores aut ꝑpter negocia pegri
nis regionib⁹ credunt. Et gaudent tota vita ſine filiorum affe
ctibus cõmorari dũ mõ capiãt q̃ꝺ cupiũt de ſuis pignorib⁹ adi
piſci: Et vt ad palatia pergant pegrinãt, ⁊ ad ſtudia dignitat
nauigãt acquirẽda. Ut ad cauſas ꝑrimonũ aliq̃s explicãdas
cũ labore ⁊ piculo ꝓficiſcentes oẽs ꝓprios filios impellũt. nec
ſecũ vocare q̃ꝺ diligunt patiũt Sʒ vt ad palatia celi ad ſtudia
xp̃i, ad honorem vite perpetue: ad ꝑrimoniũ poſſeſſiõis etne cũ
ſecuritate valeant puenire: nemo filios ſuos a ſe libenter gra
tulatur abſcedere. Ad ꝯparãda pctã gaudẽt, tã parẽtes a filũs
q̃ filũ a parentibus prouocante diabolo ſeparari. Ad indulgẽ
tiã ꝟo perſpiciendam nolunt ab inuicem deo ꝓuocante diſcer
ni. hec. Hiero. Patet itaq; ex dictis, q̃ amor parẽtum ad filios
eſt validior ac vehementior q̃ ecõuerſo. Et propter hoc tenẽt
pr̃es in debitum finẽ dirigere filios. Atq; eos magis amare ſʒ
bonũ aĩe. q̃ ſm bonum corpis. Ad argumẽtũ aũt factũ in oppo
ſitum dico. q̃ parentes naturaliter plus diligũt filios ſʒ rõnẽ
cõiunctionis ad ſeipſum. Sed filius naturaliter pl⁹ diligit pr̃es
S tho. rñdet ad ar.
ſcd'ʒ rõeʒ eminentioris boni: vt dt S. Tho. vbi ſupra in rñſiõe
ad ſecundum argumentũ. Et ſic patet ſolutio totius queſtiõis.
Serta qſtio. vtrũ illi q̃ honorãt parẽtes ꝯſeq̃ntur aliquam magnã mercedẽ a dño.
¶ Serto ⁊ vltimo ſuper verbo iſtius precepti. cum dicit. Ut ſis
longeuus ſuper terrã quã dñs de⁹ tuus dabit tibi. Talis mo
uetur dubitatio. Utrũ illi q̃ honorãt parẽtes ſuos ꝯſequantur
aliquam magnam mercedem a dño: preter longitudinem vite
corporalis. Huic queſtioni reſpondet ſanct⁹. Thomas in opu
ſculo de decem preceptis dicens. Sciẽdũ eſt q̃ honorãtib⁹ pa
rẽtes quinque magna deſiderabilia ꝓmittũt. ¶ Primũ deſide
rabile eſt grã in preſenti ⁊ gloria in futuro: que duo ſunt ma
xime deſiderabilia. Unde Eccleſiaſtici tertio capitu. Honora
patrem tuũ: vt ſuperueniat tibi bñdictio a deo: ⁊ bñdictio illius

in nouiſſimo manet. ¶ Secũdũ deſiderabile eſt vita. iō ſignāter dr in pcepto: vt ſis lōgeuꝰ ſup terrā. dr em̄ longeuitas quaſi lōga etas. Eccl'iaſt. iij. c. hr ſic. Qui honorat pr̄ez ſuũ vita viuet lōgiore. ¶ Tertiũ deſiderabile ē hr̄e filios ſibi ḡtos ⁊ acceptos: hoc pmittit. Eccleſia. iij. c. ſic. Qui honorat pr̄ez ſuũ iocũdabit in filijs: ⁊ in die orōnis ſue exaudiet. iō. Mat. iij. c. In qua mēſura mēſi fueritis remetiet vob;. Nō remetiet vobis. i. iterũ mēſurabit. ¶ Quartũ deſiderabl'e ē habere famā laudabilē ꝙ oēs magno deſiderio appetũt. hec pmiſſio hr. Eccl'iaſt. iij. c. ſic. Glĩa eſt hoīs ex honore pr̄is ſui. Et iterũ ibidē hr ſic. ꝙ male fame eſt q̄ derelinquit patrem. Et eſt maledicꝰ a deo q̄ exaſperat matrem. ¶ Quintũ deſiderabile eſt habere diuitias. O quā magnũ eſt deſideriũ illud deſideriũ in cũctis hoibꝰ. O ꝙ labores die noctuq; ſuſtinent miſeri mortales ppter diuitias acq̄rēdas. Sed hoc deſideriũ diuitiaꝝ adimplet ex honore parentum. Ecclẽſi. iij. c. Benedictio pr̄is firmat domos filiorũ, maledictio autem mr̄is eradicat fundamēta. hinc petrꝰ rauēnas in q̄dam ſermone ait. Auelle a ſole ſolis radium ⁊ non lucet. Riuũ a fonte: ⁊ areſcit. Ramum ab arbore: ⁊ exiccatur. Mēbrũ a corpore ⁊ putreſcit. Separa filium a deuotione paterna: et iā non eſt filius ſed pater: ⁊ collega illorum de quibus dicitur. Uos ex patre diabolo eſtis. hec ille. Patet itaq; ex dictis determinatio queſtionis. Sed pro complemento explanatiōis huius precepti. Notabis carmina ſuper eodē. doctoris eiuſd que ſequũt.

Scd̄z deſiderabile. — Tertiũ deſiderabile. — Quartũ deſiderabile. — Quintũ deſiderabile. — Petrꝰ ra.

¶ Qui precepta dei contemnit, iuſſaq; legis.
Uel qui noluerit parere parentibus atq;
Alere ſi, poſſit miſeros inopes, ⁊ egenos.
Irridenſq; patrem vel matrem vel maledicens.
Uerberat, opprobrians blaſphemans aſpera turbans.
Moritur aſpernans habens in honore parentes.

Carmīa notāda.

¶ De quinto precepto diuine legis.

QUintũ preceptum diuine legis ſcribitur. Exodi. xx. c. ſic: non occides. Per hoc quidē, preceptum explicite prohibetur homicidiũ: ſed implicite: vt inquit ſ. Tho. in. ij. ij. q. cxxij. ar. vj. in reſponſione ad ar. phibēt oīa nocumenta q̄ in pſonā pximi inferũtur. ſicut dr Levitici xix. c. Nō ſtabis ꝯ ſāguinem pximi tui. Et ſil'r phibet odiũ proximi: iuxta illud Leui. xix c. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: ſed publice argue eum. Et breuiter in hoc precepto prohibetur omnis motus ire contra proximũ: ſiue ille motus ſit tm̄ in corde: ⁊ tunc pprie dr contumelia. ſiue ſit in opere, vt eſt percuſſio citra mortem.

S. Tho. Pulchra explanatio.

¶ Eſt aũt cōſiderādum ad maiorem evidētiā ſecũdũ Thomā quarto opuſculo, ꝙ tripliciter fuit erratum ab antiquis cōtra illud preceptum: Quidā em̄ dixerũt, ꝙ nō lz occidere etiā bruta

ſtalia:ſz hoc falſum eſt:qꝛ nō ē pctm̄ vti illis q̄ ſūt ſubdita ho
minis ptāti.phs ēt.ƀt in politica φ venatio ē ſicut iuſtū belū. [
dā alij dixerūt φ p iſtud p̄ceptū ꝓhibitū eſt homicidiū qꝺcūq
August. ⁊ qualitercūqꝫ.vn̄ homicidas dicūt eſſe iudices ſcl'ares q̄ cōdē
nāt ſcḋm leges aliquos ad mortē.Cōtra q̄s ḋt Aug.φ de⁹ per
p̄ceptū nō abſtulit eis ptātē occidēdi.Vn̄ Deut.xxij.c.Ego oc
cidā ⁊ ego viuere faciā.Eſt ꝙ licitū illis q̄ mādato dei occidūt:q
tūc de⁹ hoc facit cū oīs lex mādatū dei ſit.Hinc Prou.viij.c.per
me reges regnāt:⁊ legū cōditores iuſta decernūt.ppꝉea: Aug.
August. i.li.de ci.dei.c.xxvj.ita inq̄t. Nā ⁊ miles obediēs poteſtati ſub
qua legitime ꝯſtitut⁹ ē hoīez occidit,nulla ciuitatis ſue lege re⁹
eſt homicidij:imo niſi fecerit re⁹ eſt imperij deſerti atqꝫ cōtēpti
An hō Qḋ ſi ſua ſpōte atqꝫ auctoritate feciſſet crimē effuſi hūani ſāguis
poſſit oc ꝯmiſiſſet.Hec Aug.Cū ꝙ ḋr nō occides:ēt ſcl'.Nō occides p
cidere ſei pria auctoritate.vt exponit ſ.Tho.vt ꝫ Quidā alij dixerūt φ p
pſum. p̄ceptū nō occides,ꝓhibet q̄dē nō occidere aliū:ſz nō ꝓhibet q
hō poſſit occidere ſeipz. Et ſic legim⁹ plures ph̄os ſeipſos occi
Lactāti⁹ diſſe:vt cleātē,Criſippū,zenonē,empedoclē,cathonē vti:ē de
mocritū ambrochiotē ⁊ theocritū.Iſti octo ph̄i ſeipſos interfece
rūt vt ſcribit Lactā.in.iij.li.diuinaꝝ inſtit.c.xviij.Sūt alij plu
res p̄ter iſtos q̄ ſe dederūt in mortē.vt Curti⁹ roman⁹ q̄ cū eſſet
aio ac gn̄e nobiliſſim⁹ adoleſcēs p̄cipitē ſe dedit teſte.Vale.max.
in.v.li.c.vj.De hoc fcō Curtij ēt Aug.ſcribit i.iij.li.de ciui.dei.
c.xx.Et Tit⁹ liui⁹ in.vij.l.ḋ origene vrbis.⁊ Paul⁹ Oroſi⁹ i cro
nica ſua.li.iij.¶ Iuni⁹ quoqꝫ Brut⁹ prim⁹ ꝯſul romanoꝝ ēt ſe
dedit i mortē.Nā occidit brut⁹ mut⁹ cū multis vulnerib⁹.vt in
quit Valeri⁹ max.in.v.li.c.vj.⁊ Aug.in.iij.li.de ciui.dei.c.xvj.⁊
Paulus Oroſi⁹ parū poſt principiū.ij lib.cronice ſue. Sic de
cius pater,⁊ deci⁹ fili⁹ ſe obtulerunt ad mortē. vt ſcribit Aug.
in lib.de ciui.dei.c.xviij.⁊.Marcus tullius in.iiij.lib.rethorice
noue,⁊ Tytus liuius in lib.viij.de origine vrbis.Idē egit Mar
cus regulus:qui vt ait.Marcus Tullius quaſi in fine tertij lib.
de officijs maluit e medio tolli q̄ fidem hoſti datam abnegare.
de cuius laudibus ibidem plene ſcribit Tullius.¶ Sic codrus
rex athenienſiū elegit mortē,vt ſcribit Iuſtinus abbreuiator tro
gi Pompeij in.ij.li.⁊ Valerius max.i.v.li.c.vj.Et epaminūdas
pariter dux thebanoꝝ ꝓ ſalute patrie haſta trāſfixus eſt:vt h
Valeri⁹ in.iij li.c.ij.Sz hi oēs ſicut fuerunt auidiſſimi glorie et
Lucre- quaſi ebrij:vētū pompā mūdi atqꝫ aurā humani fauoris inſecu
cia occi- ti:ſic pariter fumos,nebulas,ventum ⁊ auram conſecuti ſunt.
ditſeipāz ¶ Amplius lucrecia romana occidit ſeipſam ne vlla impudi
Tit⁹ liu. ca fieret ſuo exemplo:cuius hyſtoriā pulchre narrat Tit⁹ liui⁹
August. in fine primi lib.de origine vrbis.⁊ Augu. in lib.de ciuitate dei
Val ma. ca.xix.⁊ Valerius maxi.in.vj.lib.cap.j.huius Lucretie epyta
Ouidi⁹. phium ab Ouidio creditur eſſe compoſitum,in hunc modum.

Epitaphiũ Lucretie.

¶Cum foderet ferro tenerum Lucretia pectus:
Sanguinis ⁊ torrens egrederetur ait.
Accedant teſtes me non fauiſſe tyranno.
Ante virum ſanguis ſpiritus ante deos.
Quam bene producit pro me poſt fata loquentur.
Alter apud manes: alter apud ſuperos.

Qui occidit ſeipꝫ grauius peccat. Auguſtinus Lactãtius.

¶Iſti igr̃ oẽs homicide ſũt, ⁊ cũ Lucretia eſnas luũt penas: q2
vt ait aug q̇ ſe occidit hoiez vtiq; occidit. Si ḡ nõ lꝫ hoiez occi=
dere: ḡ nec ſeipm imo grauiꝰ hoc ſcelꝰ iudicat. Hinc Lactan. in
iij. li. diuinaꝝ inſtitutionũ c. xviij: dt. ſic. Nã ſi homicida nepha
rius eſt: q2 hois extinctor eſt, eidẽ ſceleri obſtrictꝰ eſt q̇ ſe necat
q2 hoiem necat: immo vo maius eſſe id facinus exiſtimãdũ eſt
cuiꝰ vitio deo ſoli ſubiacet. Nã ſicut in hãc vitã nõ nr̃a ſpõte ve=
nimꝰ: ita rurſus ex hoc domicilio corpis qḋ tuẽdũ nob᷑ aſſigna
tũ eiuſdẽ iuſſu nobis recedẽdũ eſt: q̄ nos in hoc corpꝰ īduxit tã=
diu habitꝰs donec iubeat emitti. Et ſi vis vt aliq̇ inferat equa
mẽte patiẽdũ eſt cũ extincta innocẽtis aĩa multa eſſe nõ poſſit:
habeamuſq; iudicẽ magnũ cui ſoli vindicta integra ſemp̱ eſt.
Hec Lact. ¶Sꝫ nota, ꝙ legimꝰ pariter in ſcripturis ſctis, ꝙ
ciū caute teloſum in alliciēdo: qr etiā ex ipſis bonis operibus occaſionem
loſum. ſumit. Unde Augu. in. libr de natura ꝛ grā ait. Cetera vitia in
Augu. malefactis valent, ſola ſupbia etiam in recte factis eſt cauenda.
Iterū Aug. in epl'a ad dioſcorū ſic dicit. Uitia quippe cetera in
pctis, ſupbia vero in recte factis timenda eſt. Ne illa que lauda
biliter facta ſunt ipſius laudis cupiditate amittantur. Hec
Aug. Et in regula ad clericos Aug. ſic dicit. Alia quecūq̨ ini
quitas in malis operibus exercetur vt fiant: ſuperbia vero etiā
bonis operibus inſidiatur vt pereant. ❡ Sed queſtio animum

pulſat.nã ex verbis Auguſtini videtur ꝙ ſupbia nõ ſit grauiſ-
ſimum oim pctõꝝ. Et formo talẽ rationẽ arguẽdo ſic:quãto em̃ Arguit.
aliquod pctm̃ difficilius cauetur tanto vr̃ eſſe leuius:ſed ſupbia
difficilime cauetur:qꝛ vt inquit Aug.auctoritatibus allegatis,
ſupbia etiã bonis operibus inſidiatr̃ vt pereant:ergo ſupbia nõ
eſt grauiſſimũ pctõꝝ. Rñdet huic qõni S.Tho.in.ij.ij.q.clxij. S.Tho.
art.vj.ſic dicẽs.Aliquod pctm̃ difficile cauetur dupl'r. Uno mõ
ppter vehementiã impugnationis:ſicut ira vehemẽter impu-
gnat ppter ſuũ impetũ. Et quo ad hoc difficilius eſt reſiſtere cõ
cupiſcẽtie ppter eius cõnaturalitatẽ:vt dr̃ in.ij.lib.Ethic.Et ta Phs.
lis difficultas vitãdi pctm̃ grauitatẽ pcti diminuit:qꝛ quãto ali-
quis minoris tentationis impetu cadit tanto grauius peccat:vt
Aug.dicit.Alio mõ difficile eſt vitare aliqđ pctm̃ ppter eius la
tentiam. Et hoc mõ ſuperbiã difficile eſt vitare: qꝛ etiã ex ipſis
bonis occaſionẽ ſumit:vt dictũ eſt. Et ideo ſignãter Aug.dicit,
ꝙ bonis opibus inſidiatur.Et in Pſal.dr̃.In via hac qua am-
bulabã abſcõderunt ſupbi laqueũ mihi. Idcirco motus ſup-
bie occulte ſubrepẽs non hʒ maximã grauitatẽ anteꝗ̃ per iudi
cium rõnis deprehẽdatur:ſed poſtꝗ̃ deprehẽſus fuerit per rõ-
nem:tunc facile euitatr̃ multiplici rõne. Primo ex ꝯſideratione
ꝓprie infirmitatis ſm illud Eccl'ia.x.c. Quid ſupbis puluis et Qualit
cinis.Scđo ex ꝯſideratione magnitudinis diuine.ſm illud Job ſuperbia
xv.c.Quid te eleuat cor tuũ:ꝛ quaſi magna cogita. nam attoni poſſit eui
tos habes oclos.Quid timet ꝯtra deũ ſpũs tuus. Tertio ex im- tari.
perfectione bonoꝝ:de ꝗbus ſuperbit homo,ſm illud Eſaie.xl.c. Job.
Ois caro fenũ,ꝛ ois gloria eius ꝗ̃ſi flos agri.Exiccatũ eſt fenũ,ꝛ Eſaias.
cecidit flos.Et in cap.lxiiij.Eſaias ait.Et facti ſumus vt immũ
di oẽs nos:ꝗ̃ſi pannus mẽſtruate vniuerſe iuſtitie nr̃e.hec.Tho
mas.Ex dictis ptʒ qual'r ſuperbia eſt pctm̃ periculoſiſſimum.

¶ Superbia eſt ſignum damnationis in homine:ꝛ que
ſuperborum ſigna.

Sed quia teſte clariſſimo doctore Grego.in.xxxv.lib.
moral.ca.xxij.Euidentiſſimum ſignũ reproboꝝ ſu-
perbia eſt.Et ecõtra humilitas electoꝝ:vt Plinius
in tractatu de cognitione electoꝝ a reprobis expli-
cat. Ideo nõ tantum oẽm ſuperbie notã,ꝛ tantis re-
aſſumptis viribus fugere tenemur:ſed etiã ppter enormitatem
ſceleris cõſortia, queqꝫ familiaritates atqꝫ amicitias ſuperboꝝ
hoim cautius vitare debemus. Exemplo beatiſſimi Hierony- Hieronĩ.
mi:qꝛ teneris annis ſuperbos cunctos deſpexit. Unde Hierony
mus ad Blagiũ Hiſpanũ cecum in ep'la,que incipit,ꝗ̃ꝗ̃ mihi
multoꝝ ſim conſcius pctõꝝ dicit ſic. Nihil ita a pueritia vitare
conatus ſum,ꝗ̃ tumentem aiam,et rectam crucẽ dei contra ſe
odia prouocantẽ. Noui em̃ magiſtrũ,ꝛ dñm,ꝛ deum meũ in car
nis humilitate dixiſſe, diſcite a me:qꝛ mitis ſum,ꝛ humilis cor-

de. Hec Hierony. Eſt em̄ ſuperbia tante malignitatis: vt etiam ſuperbus nō poſſit tollerare, aut diu ferre aliū ſuperbum. Ideo Innocentius in libro de miſeria conditionis humane dicit ſic. Omnis fere vitioſus diligit ſibi ſimilē: ſolus ſupbus odit elatū vnde inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Hec ille. Sed occurrit dubitatio. Cum enim debeamus vitare conſortia ſuperbo℞ iuxta conſiliū Hieronymi: queritur quenam ſunt ſigna ſuperbo℞ hominū, aut qualis eo℞ conditio: vt illos cognoſcere ac fugere valeamus? Huic queſtioni reſpondent tres doctores catholici, quo℞ primus eſt Innocētius papa, qui in ſermone bīe ỽginis, qui incipit. Ferculū ſibi fecit rex Salomon: dicit ſic. Signa per que ſuperbia ſe foris prodit hec ſunt. Superbus ſenio℞ nō obſeruat mandata: ſed iudicat, obiurgat, rebellat, aut murmurat. Simplices irridet, naturales geſtus morib' antepoñit. In incepto pertinax. In loquacitate mordax, clamoſus in loquēdo. Faſtidioſus in audiendo, preſumptuoſus in docendo. Oneroſus etiam amicis, imperioſus ſubiectis, ingratus bñficijs inflatus obſequijs, ceruix inflexibilis, facies reſupina, oculi ſublimes, huc illucq̧ furioſe reſpiciētes, nares ſpirantes iniurias, ⁊ ſubſannantes ſcemata riſibilia, collū erectum, riſus incontinens, et ſubmittens, vultus geſtuoſus, corpus rigidū, inceſſus feſtinus, ⁊ artificioſus. Itaq̧ ſuperbia ſemet oſtentat per omnia membra fere: ⁊ cuncta ſibi vendicat, ⁊ ſeruire cogit. Et primū quidem in corde naſcitur iuxta illud. Dñe non eſt exaltatum cor meum ⁊ Luce. j. Diſperſit ſupbos mente cordis ſui. Deinde per exteriora membra ſemet eſurījt, ⁊ expompat. Hec Innocen. Secundus doctor qui reſpōdet ꝓpoſite queſtioni eſt beatiſſimus Gregorius, qui multa in libris ſuorum moralium diſſerit de ſignis hominum ſuperborum. Signanter autem in xxxv. lib. cap. xv. vbi ſic dicit. Cunctis nanq̧ ſuperba apud ſe cogitatione innitentibus ineſt clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, diſſolutio in hilaritate, furor in triſtitia, inhoneſtas in actione, honeſtas in imagine, erectio in inceſſu, rancor in reſpōſione. Horum mens ſemper eſt ad ingerēdas cōtumelias valida, ad tollerandas infirma, ad obediendū pigra, ad laceſſendos vero alios importuna. Ad ea que facere debet, ⁊ preualet ignaua. Ad ea autem, que facere non debet nec preualet parata. Hec in eo quod ſponte non appetit nulla exhortatione flectitur. Ad hoc autem quod latenter deſiderat querit vt cogatur: quia dum meruit ex deſiderio ſuo vileſcere optat vim in tempora ſua voluntate tollerare. Hec Greg. Inter omnia autem exteriora mēbra ſuperbia per oculos magis ſeipſam, quaſi per quaſdā feneſtras oſtendit, vt ait Greg. in. xxxiij lib. mora. c. xvj. Alioquin dauid nequaq̄ in pſalmis dixiſſet. Populum humilē ſaluum facies, et oculos ſuperborum humiliabis. Item Greg. in. xvj. lib, moralium cap.

Innocentius.

No. optima.

Innocentius pro rñdet q̄ſtioni.

Signa hoim ſuperbo℞. Nota totum.

Grego. et rñdet q̄ſtioni.

Signa ſuperborum, ſm Grego.

Supbia ꝑ oculos ſeipſam oſtendit. Grego.

xxxv. pertractās illud Job. xxij. c. Qui em̄ hūilitatus fuerit erit in glīa. Et q̄ inclinauerit ocl'os ſuos ipe ſaluabit. vt ſic. Recte autē vr. Qui inclinauerit ocl'os ſuos ipe ſaluabit. Qr ꝙſiū ꝑmentē brorū miniſteriū deꝑhendi pōt, p̄ria ſupbie oſtēſio in ocl'is eē ſolet. Hic em̄ ſcriptū eſt. Et ocl'os ſupboꝝ hūiliabis. hic de ip̄is ſupbiē ū capite vr. Omne ſublime videt. Hic de illa q̄ ei ꝑ infidelitatē adheſit ſcriptū eſt. Gn̄atio cuiꝰ excelſi ſunt ocl'i, ⁊ palpebre eius in alta ſubrepte. Ocl'os ḡ inclinare eſt nullum reſpiciendo deſpicere: ſed ſe minorē atq̧ imparem cunctis quos aſpicit eſtimare. Saluabitur itaq̧ q̄ oculos inclinat. Qr qui falſum ſupbie verticem deſerit v̄itatis altitudinē aſcendit Hec Greg. Propterea xp̄s, ⁊ puriſſima virgo qui fuerūt duo clariſſimi fontes, humilitatis, ⁊ clementie habebant ocl'os miſericordes, modeſtos, ſimplices, depreſſos atq̧ clementes. ¶ Tertiꝰ doctor qui r̄ſidet qōi noſtre eſt magiſter Guillermus peraldꝰ q̄ fuit natione gallicus, ordinis, predicatorum, vir tā in diuis ſcripturꝫ quā ſecularibꝰ l̄ris eruditiſſimus, ⁊ qui plura clariſſīa in vtraq̧ facultate volumina edidit. hic in ſumma de vitijs, ⁊ virtutibus tractatu de ſuperbia dicit ſic. Oīs ſuperbus eſt intollerabilꝫ habitu ſuperfluus. Inceſſu pomposus, ſibi quoq̧ ineſt ceruix erecta, facies torua, truces oculi, de loco ſuperiori ſemper, ⁊ verba aptat, ⁊ reuerentiam in obſequio non ſeruat. Hec Guillermus. Patet itaq̧ ex dictis reſponſio queſtionis. ¶ Sed ad maiorem omniū doctoꝝ intelligentiā ſunt diligenter aliq̄ ꝯſiderāda. Et primo ꝙ inter omnes ſpecies ſuperbie nl'la periculoſior nulla maior intoxicatio aīaꝝ: nullum inter oīa ſigna reproboꝝ euidētius quā illa ſupbia que tangitur ſignis humilitatis. hec nō mea ſed diui Hieronymi ſententia eſt. Vn̄ ad cellantiā in epiſtola que incipit. Vetus ſcripture celebrata ſentētia eſt: ita inq̄t. Aliud eſt em̄ virtutē habere: aliud virtutis ſimilitudinem. Aliud eſt rerum vmbras ſequi: aliud virtutē. Multo illa deformior eſt ſuperbia que ſub quibuſdā humilitatis ſignis latet. Neſcio em̄ quō turpiora ſunt vitia cū virtutū ſpecie celantur hec Hieron̄. hinc Marcus tullius in. j. lib. de officijs dicit ſic. Totius autem iniuſtitie nulla capitalior q̄ eorum qui cum maxime fallant id agunt vt boni viri eſſe videantur. Iterum nota ꝙ virtus humilitatis que directe opponitur ſuperbie non ſolum in toto corpore diuine legis cōmēdatur, eo ꝙ ſit aperiſſimum ſignum electoꝝ dei: ſed etiam ab vniuerſis tā philoſophis quā doctoribus vſq̧ ad aſtra laudibus extollitur: qr eſt conſeruatrix cuſtoſq̧ virtutum oīm. Idcirco toto cordis deſiderio querēdum nobis eſt que ſit vera humilitas: ne ꝓ veritate vmbras ſequamur erroris, ⁊ tādē inueniamur eterna mercede fruſtrati: qr ſicut diuꝰ Hieronymꝰ ad demetriam in epiſtola que incipit. Si ſummo ingenio

Nota totum.

Dauid.

Magr̄ Guillermꝰ peraldꝰ r̄ſidet q̄ſtioni.

Que ſit maior inter oēs ſpēs eiꝰ.

Hieron̄.

Marcus Tullius.

Humilitas iā a philoſophis q̄ doctoribꝰ extollitur.

ſcribit ſic ꝙ multi ſuperbiã libertatꝫ loco ducũt. Adulationẽ ꝓ
humilitate ſuſcipiũt: malitiã prudẽtie amplectunt̃ vite ⁊ ſtulti-
tie ſimplicitatis nomẽ imponũt atqꝫ fallaci ac peſſima decepti-

Hieroñ.
Que ſit vera humilitas.
Nota aures ꝟba.

tudine vitijs ꝓ ꝟtutib⁹ gl'iant̃: hec ille. Quapropter ipſe pr
doctoꝝ Hiero. vltra medi⁹ eiuſdẽ ep̃le pulchre oñdit nobꝫ q̃ ſit
ꝟtus vere hũilitatis: vt illã amplecti ac cõſeq̃ valeam⁹: ita ſub-
iugens. Fictã humilitatẽ fugiẽs illã ſectare q̃ vera eſt: quã xp̃s
docuit q̃ nõ ſit ſupbia incluſa. Multi em̃ virtutis eius vmbrã,
veritatẽ eius pauci ſequunt̃. Perfacile eſt aliquã veſtẽ habere
contẽptã ſalutare ſubmiſſius: manus ⁊ genua deoſculari: incli-
nato in terrã capite oculiſqꝫ deiectis humilitatẽ ac mãſuetudi-
nẽ polliceri. Lenta voce ac tenui ſmone infringere, ſuſpirare cre-
brius ad oẽ verbũ pctõrẽ ac miſerũ ſe acclamare. Et ſic leui ſer-
mone offenſus ſi ꝯtinuo attollere ſuperciliũ, leuare ceruicẽ, ⁊ de-
licatũ illũ oris ſonũ inſano repẽte clamore mutare. Aliam nos

De humilitate xp̃i.
Vera humilitas.

humilitatẽ xp̃s docuit q̃ nos ad exẽpliũ ſuũ hortat̃ dicẽs. Diſci-
te a me: q: mitis ſum ⁊ hũilis corde. Qui cu malediceret̃ nõ ma-
ledicebat. Cũ pateret̃ nõ cõminabat̃. Quã nobis humilitatẽ b.
Petrus inſinuat. Miſericordes inq̃t ⁊ hũiles nõ reddẽtes ma-
lũ ꝓ malo nec maledictũ ꝓ maledicto. Auferant̃ oia maledicta
ꝟboꝝ, ceſſent ſimulati geſtus: ⁊ ſñ occaſionẽ ſmo placidus. Ve-

Hieroñ.
Nota totum.

rum hũilem patiẽtia oñdit iniurie. nullus ꝫ vnqꝫ in mente tua
vllius ſit vitij loc⁹, nihil in te ſupbũ nihil arrogãs, nihil in te ſa-
ſtidioſum. Apud deũ nõ eſt q̃cqꝫ hũilitate ſublimius. Hec Hier.
Etiã Hierony m⁹ ad Anthoniũ monachũ cui ſuperbie crimen
impingit eo ꝙ decẽ interpellatus ep̃lis nõ rñderit. Et eſt princi-
piũ ep̃le ita inquit. Dñs noſter humilitatis magiſter diſceptan-
tibus de dignitate diſcipulis vnũ apprehendit ex paruulis, di-
cens. Quicunqꝫ vr̃m non fuerit cõuerſus ſicut infans nõ poteſt
introire in regnum celoꝝ. Quod ne tm̃ docere nec facere videret̃
impleuit exẽplo dũ diſcipulorum pedes lauit. Dũ traditorẽ oſ-
culo excepit: dũ loquitur cũ ſamaritana. Dũ ad pedes ſibi ſedẽ-
te maria de celorũ diſputat regno. Dũ ab inferis reſurgens mu-
lieribus appꝫuit Sathanas aũt ex archãgelico faſtidio nõ aliã
ob cãm niſi ꝯtriam humilitati ſuperbiam. Et iudaicus ppl's pri-
mas cathedras ⁊ ſalutationes in foro vendicans. Deputate an-
tea in ſtilã ſitule gentiũ populo ſuccedente delectus eſt. Contra

Cõtra ſophiſtas petrus ⁊ Jacob⁹ mittunt̃.

ſophiſtas quoqꝫ ſeculi ⁊ ſapientes mundi Petrus ⁊ Jacob⁹ pi-
ſcatores mittunt̃. Cui⁹ rei cãm ſcriptura ait. Supbis deus re-
ſiſtit humilibus aũt dat gr̃am. Vides frater q̃le malũ ſit: qḋ ad-
uerſariũ habet deũ: ob qḋ in euãgelio. Et phariſeus arrogans

Quid eſt vera humilitas.

ſpernit̃ ⁊ humilis publicanus auditur. Hec Hiero. Et ſic p̃z ꝙ
vera humilitas eſt qua quis de ſe parua eſtimat ⁊ bona alteri⁹
ſine inuidia ⁊ liuore cõmendat: vt inquit Greg. Vel hũilitas ve-
ra eſt qua hõ veriſſima ſui cognitione ſibimetipſi vileſcit: q: ſi-

ut ait Benardus ſuper cantica. Uerecūda q̇ppe ⁊ hūilis dꝫ eſſe
ſatiſfactio q̄ emēdat̄ ſuꝑba trāſgreſſio: Uel ſm̄ Hugonē. Hūili
tas ē ex intui in ꝓprie ꝯditiōis volūtaria mētis inclinatio. Hinc
Caſſiod. ſuꝑ illud Dauid humiliat⁹ ſum vſq̄quaq̄ ẜt ſic. Per
hūilitatē mēbra xp̄i ſciūt diaboli viciſſe ſuꝑbiā. Per hāc fides.
ꝫ. regna ꝑficiūt. Per hāc ſuꝑbia tyrānica ſupat̄: ꝑ hāc ineternū
martyres coronāt̄. Nec pōt dici ꝑfectus q̇ hac ẜtute eſt ꝑuat⁹. Caſſiod.
hec Caſſio. Demū ſi ſcire optas qn̄ ſuꝑbia vel vana gl̄ia: ambi-
tio, p̄ſumptio. ypocriſis ⁊ alie ſpecies ſuꝑbie ſunt pctā mortalia
vel venialia: vide in tractatu de cognitione pctōꝝ mortaliū ⁊ ve
nialiū. Sꝫ q̄, aut q̄ſte ſunt ſpecies, aut filie ſuꝑbie oſ̄dit q̇dā au
ctor ſine noīe q̇ fuit acuti ac vehemētis ingenij i his ẜſib⁹ dicēs.

¶ Ambit ſuperbus ridet preſumptio iudex.
Cuius ingratus blanditur ſcandala reddit.
Blaſphemat dubius: non fidus ſciſma prophanus.
Inanis iactat contentio, non obedire.
Ipocriſis, diſcors. durus, ſe diligit audax.

## ¶ De peccato auaritie.

Auaritia que grece dicitur philargiria eſt inordi-
natus amor habendi diuitias ſm̄ Thomam in Quid eſt
ij. ij. q. xxxiiij. art. j. Et in. ij. ij. q. c. xviij. art. Et ite- auaritia
rum in commento aureo ſuper. j. epiſtola ad Thi: ſꝫ Tho.
cap. vj. vel ſecundum Hugonem in. ij. lib. de clau- ⁊ aliter
ſtro anime. Auaritia eſt ſua illicite retinere, ⁊ alie ſm̄ Hu-
na concupiſcere. Uel auaritia eſt amor diuitiarum inſatiabilis. gonem.
Propterea Iſidorus in. x. lib. Ethimolo. dicit ſic. Auarus ex eo
dictus eſt quod ſit auidus auri, ⁊ nunquam opibus expleatur.
Et quantum plus habuerit tantum plus cupiat. Flacci ſuper
hoc concordante ſententia qui ait. Semper auarus eget. Et ſa-
luſti. Neq̄ auaritia copia, neq̄ inopia minuitur. Hec Iſidorus Iſidor⁹.
nec ſolum auarus dicendus eſt qui rapit aliena: vt inquit Au- Auguſt.
guſt. ſed ille auarus eſt qui cupide ſeruat ſua. Uel ſecundū bea- S. Tho.
tum Thom̄. in. ij. ij. q. c. xviij. articu. ij. Nomen auaritie ampliatum eſt ad omnem immoderatum appetitum habendi quan-
cunq̄ rem. ſicut Grego. dicit in quadam omelia, quod auaritia
non ſolum pecunie eſt: ſed etiā ſcientie ⁊ altitudinis, cum ſupra Auguſt.
debitū modū ſublimitas ambitur. Et ſecundū hoc auaritia non
eſt ſpirituale peccatū. Et hoc modo loquitur Augu. in. iij. lib. de
lib. arbitrio ſic dicens. Auaritia que grece philargiria dicit̄ non
in ſolo argento vnde nomen duxiſſe reſonat: ſed in omnibus re- Hugo.
bus q̄ immoderate cupiuntur intelligenda eſt. Etiam Hugo in
ij. lib. de clauſtro anime ſic ait. Auaritia eſt glorie ſeu quarun-
libet rerū inſatiabilis ⁊ in honeſta cupido. Iterum Augu. ⁊ al
legatur a magiſtro ſententiarum in. ij libro. diſtin. xxj. dicit ſic.
Auaritia eſt immoderata habendi cupiditas qua non tantum

pecunie,ſed ēt altitudinis ⁊ ſciētie cū ſupra modū ſublimitas
ambit. ¶ Sꝫ occurrit dubitatio ſi auaricia eſt appetit⁹ inordi
nat⁹ nō ſolū pecunie:ſed ēt ſciētie,honoris,⁊ cuiuſcūqꝫ alterius
Queſtio. boni. Cū ſupbia ſit inordinat⁹ appetit⁹ ſciētie ⁊ honoris:ſeqt
Arguit. ꝙ ſupbia ſit idē pctm̄ ꝙ auaritia. Sꝫ hoc eſt falſum:qꝛ ſupbia
⁊ auaritia ſunt duo diſtincta pctā:ergo pdicta diffinitio gnalis
de auaritia nō ē bona nec ſufficienter data. ¶ Huic obiectiōi
rn̄det ſctūs Tho.in.i.ii.q.lxxxiiii.ar.ii.vbi dr ꝙ ſupbia,⁊ auari
S.tho. tia dupliciť differūt. Pmo,qꝛ ſupbia reſpicit pctm̄ ex parte auer
rn̄det qō ſiōis a deo cui⁹ pcepto ſupb⁹ ſubijci recuſat. Et iō ſupbia dr
ni. initiū pcti:qꝛ ex pte auerſiōis incipit rō mali. Auaritia aūt re
ſpicit pctm̄ ex pte ↄuerſiōis ad bonū ↄmutabile ex q̄ pctm̄ qdā
Quō dif mō nutritur ⁊ fouetur. Nō oriť pctm̄ ex appetitu inordinato ↄ
ferūt ſup mutabilis boni. Et idcirco appetitus illi⁹ boni.ſ.diuitiarum q
bia ⁊ aua iuuat ad conſequendum oīa tpalia bona,radix peccatorū dicit.
ritia. Scdo differt ſuperbia ab auaritia:qꝛ cū ſuperbia ſit inordinat⁹
appetitus proprie excellentie. Ille talis appetitus pcellendi in
honoribus,vel ſcientia,vel pecunia,vľ potētia ⁊ hmōi eſt ſup
Paul⁹. bia. Auaritia autē eſt appetitus inordinatus acqrendi vel reti
nendi predicta. Et ſic ptꝫ quō differūt ſuperbia,⁊ auaritia. Sꝫ
iterum queſtio animū pulſat. Dicit em̄ Paulus.i.ad Thimote.
vi.c.ꝙ radix omniū maloꝝ eſt cupiditas,quā quidā appetētes
errauerunt a fide. Nam radix eſt quoddā pncipium arboris ⁊
Eccľiaſti ita vr ꝙ idem ſit radix pcti ⁊ initiū peccati. Sed ſuperbia:vt dr
c⁹. Eccľ x.c.eſt initium oīs pcti:ergo auaritia incōueniēter dicitur
S.tho. radix oīm malorum:huic queſtioni rn̄det. S.Tho.in cōmento
rn̄det qō aureo ſub prima epiſtola ad Thimo.vi c.lectione.ii. Et iterum
ni. in.i.ii.q.lxxxiiii.ar.i.ſic dicens. Notandum eſt ſm quoſdam ꝙ
Cupidi cupiditas tripľr ſumitur. Primo modo put eſt inordinatus ap
tas tri petitus diuitiarum,⁊ ſic eſt ſpūale pctm̄. Alio modo ſꝫ ꝙ ſigni
pliciter ficat inordinatum appetitum cuiuſlibet boni tēporalis,⁊ ſic ē
ponitur. genus omnis peccati. Nā in oī pctō eſt inordinata ↄuerſio ad ↄ
mutabile bonum:vt dictū eſt. Tertio modo ſumitur prout ſigni
ficat quandam inclinatioem nature corrupte ad bona corrupti
bilia inordinate appetenda. Et ſi dicunt cupiditatem eſſe radi
cem oīm pctōꝝ ad ſimilitudinem radicis arboris q̄ ex terra tra
hit alimentum. Sic em̄ ex amore rerū tēporalium oē pctm̄ pce
Que fuit dit. Et hec quidem ꝗuis vera ſint:non tn̄ videnť eſſe ſꝫ intētio
intentio nem apoſtoli. Qui dr cupiditatem eſſe radicē oīꝫ pctōꝝ. Mani
apľ:de feſte em̄ ibi loquiť apľs ↄtra eos qui cum velint diuites fieri
cupidita incidunt in tentationem ⁊ in laqueum diaboli. Eo ꝙ radix oīm
te. malorum eſt cupiditas:vnde manifeſtum eſt ꝙ loquitur de cu
piditate ſecundum ꝙ eſt appetit⁹ inordinatus diuitiaꝝ:Et ſecū
dum hoc dicendum eſt ꝙ cupiditas put ē ſpeciale pctm̄ dr ra
dix oīm peccatoꝝ ad ſimilitudinē radicis arboris,qui alimen

ſa pſtat toti arbori. Uidem⁹ eñi q̄ per diuitias hō acq̄rit facultatem ꝑpetrādi q̄ðcunq̄ pctm̄, ⁊ adipiſcēdi deſideriū cuiuſcq̄ peti: eo q̄ ad habēda q̄cunq̄ tpalia bona hō pōt ꝑ pecuniā iuuari, ſm̄ q̄ dr̄ Eccl'iaſt. x. pecunie obediūt oia: ⁊ ſm̄ hoc ptz, q̄ cupiditas diuitiaꝝ radix eſt oīm pctōꝝ. hec Tho. Ex dictis ptz ſolu tio q̄ōnis: ⁊ qualr̄ ſuperbia dr̄ initiū, origo, ⁊ radix pctōꝝ. Amplı⁹ ſolet dubitari an liceat alicui theſauros accumulare? huic q̄ōni r̄ſidet Hugo de argentina ordinis p̄dicatoꝝ in cōpendio theo. lib. iij. c. xix. ſic dicēs. Notādū eſt, q̄ q̄s pōt theſaurizare ex affectu auaritie abſq̄ intētione neceſſitatis ꝓprie vel aliene. Et hoc mō theſaurizare oib⁹ eſt ꝓhibitū. Alio mō pōt q̄s theſaurizare ex ꝓuidētia: ⁊ hoc vel ꝯſideratione neceſſitatis: ⁊ ſic ꝯcedit parētib⁹ ſecularib⁹ ob neceſſitatē filioꝝ educādoꝝ, vel filiaꝝ cōiugio tradendaꝝ: non aūt ditandaꝝ ſeruato mō vel ſtatu pſone. Alio mō pōt q̄s theſaurizare ex ꝯſideratiōe publice vtilitatis. ſ. regni defendēdi vel cultus dei ampliandi: ⁊ ſic cōceſſum eſt regibus theſaurizare. Perſonis aūt eccleſiaſticis ꝓprie nunq̄ theſaurizare licet: nec pecuniā etiam tenere intētione ſeruādi. Ideo Ambro. Aurū hz eccl'ia nō vt ſeruet: ſed vt roget. Ex p̄dictis ptz q̄ duplex pōt eſſe amor pecunie, ſiue tpaliū: ſcȝ aut reſpectu neceſſarij, ſiue reſpectu ſuperflui, cōtra primū ꝓhibet dn̄s ſ̄ſocantem ſolicitudinē: cōtra ſcd̄m ꝓhibet theſaurizationē. hec Hug. Nota hic q̄ illud cōpendiū theologo. Hugonis q̄d quidē incipit. Ueritas theologice, nō eſt magni Alberti: vt quidā illi falſo attribuunt. Nec eſt ſancti Thome: ſed vt dicit dn̄s Joannes de turrecremata cardinalis ſancti Sixti ordinis p̄dicatoꝝ in lib. de cōceptione beate virginis. c. lxv. cōpendium iſtud eſt dn̄i Hugonis de argētina ordinis p̄dicatoꝝ. Nam cōpendiū ſancti Thome: vt dicit p̄fatus cardinalis in eodē lib. c. iij. incipit. Eterni patris verbum. Idcirco Hugo iniuriā patitur ab his, qui dicunt opus magno Alberto, vel alteri attribuunt.

*Per diuitias homo hz facultatem peccādi.*
*Qō an liceat theſaurū accumulare: Hugo de argentina.*
*Quis poteſt theſaurizare.*
*Nūquid lz eccl'iaſticis pſonis theſaurizare?*
*Ambro.*

Utrum ſolicitudo rerum temporalium ſit licita?
Et an diuitie ſint deinde bone vel male?

Nota ad maiorē intelligentiā eoꝝ, que dicta ſunt ſm̄ beatū Tho. in. ſ ij. q. lv. ar. vj. vbi mouet dubiū, vtrū ſolicitudo rerū tpalium ſit licita? nā dicit q̄ ſolicitudo tpaliū tripl'r pōt eſſe illicita. Uno q̄dē mō ex parte eius: de quo ſolicitamur: puta ſi tpalia tanq̄ finem q̄ramus: ⁊ ſi exerceamus actū cuiuſlibet ꝟtutis ad finē rerum tpalium: ⁊ talis ſolicitudo ſemp dr̄ eſſe illicita. De qua Greg. in xv. li. mora. ait Amāt pueri ſi heies ꝓ hui⁹ mūdi gl'ia tribulationes, cūctiſq̄ ꝓ ea ſudorib⁹ libēter ſeruiūt, ⁊ q̄uiū laboꝝ iugo deuotiſſime colla ſubmittūt. Et infra ſubiūgit ſic: prauoꝝ mēs hui⁹ mūdi ſeruitio dedita, rerū tpaliū fatigatiōib⁹ aſſueta ēt ſi ſibi libere vacare liceat, ſubeſſe tn̄ terrenis ſudorib⁹ feſtinat. hec Gre.

*Triplex ſolicitudo tpa'iū ē ī pōt.*
*Grego.*

Ulr ē illi ¶ Scḋo modo pōt eſſe tꝑalium ſolicitudo illicita ꝓpter ſuper-
cita ſolici ſluum ſtudiū, qḋ apponit̄ ad tꝑalia ꝓcuranda ꝓpter que hō a
tudo tꝑa ſpūalibus quibus pͥncipalius inſeruire dꝫ retrahit̄. Et ideo dr
lium. Matth. xiij. c. ꝙ ſolicitudo ſeculi ſuffocat verbū. ¶ Tertio modo
dr ſolicitudo tꝑalium illicita ex parte timoris ſuꝑflui: qñ ſcꝫ hō
timet ne faciendo qḋ dꝫ neceſſaria ſibi deficiāt. vñ ſi aliqͥs cū illo
timore ſolicitaret res tꝑales: illicita eſſet talis ſolicitudo: ideo a
Matth. xp̄o ꝓhibet̄. Nā xp̄s nō ꝓhibet niſi illicitū. Propterea Math.
vj. c. ait. Nolite ſoliciti eſſe dicētes: qͥd mādu cabimus, aut qͥd bi
bemus, aut quo operiemur. hec eñi oīa gētes inquirūt. Scit eñi
pr̄ veſter: qꝛ his oībus indigetis. Concludit ergo S. Tho. ſic di-
cens. Principalr̄ nr̄a ſolicitudo eſſe dꝫ de ſpūalibus bonis ſperā
Ueritas. tes, ꝙ etiā tꝑalia nobis ꝓueniāt ad neceſſitatē ſi fecerimus qḋ
debemus. Uñ veritas Mat. vj. c. ait. Querite ergo primū regnū
dei, ⁊ iuſtitiā eius, ⁊ hec oīa adijcient̄ vobis. Etiā notanda ſunt
S. Tho. aurea ꝟba ſcti Tho. in iij. lib. cōtra gentiles. c. cxxxij. vbi dicit ſic.
Fuerūt etiā aliqui qui ꝑfectionē vite ſectantibus dicebāt nullā
ſolicitudinē eſſe habendā neq̄ mādu cando: neq̄ laborādo: neq̄
ſibi aliqͥd reſeruādo: ſed oportere eos a ſolo deo ſuſtētationē vi-
te expectare. Propter qḋ dr Mat. vj. c. nolite ſoliciti eſſe aīe quid
māducetis aut bibatis: aut corpori vr̄o qͥd induamini. Et iterū.
Nolite in craſtinū cogitare. Huius aūt videt̄ oīno irrationabile.
Stultū eñi eſt velle finē, ⁊ ꝑtermittere ea q̄ ſunt ordinata ad fi-
nem. Ad finē autē comeſtionis ordinat̄ ſolicitudo humana per
quam ſibi victū ꝓcurat. Qui igitur abſq̄ comeſtione viuere nō
pñt aliquam ſolicitudinē de victu querēdo debēt habere. Pre-
terea ſolicitudo terrenoꝝ nō eſt vitāda: niſi qꝛ impedit contēpla
tionem eternoꝝ: non pōt aūt hō mortalis carnē gerēs viuere qͥn
multa agat qͥbus contēplatio interrumpat̄: ſicut dormiēdo, co
medendo, ⁊ alia hmōi faciēdo. Neq̄ igitur ꝑtermittēda eſt ſolici
tudo eoꝝ, q̄ ſunt neceſſaria ad vitā ꝓpter impedimentū contem
plationis. Sequitur ēt mira abſurditas. Pari eñi rōne pōt di-
cere, ꝙ nō velit ambulare aut aperire os ad edendū, aut fugere
lapidē cadentē, aut gladiū irruentē: ſed expectare qͥd deus ope-
retur: qḋ eſt deū tentare. Non eſt igitur ſolicitudo victus totalr̄
S. Tho. abijciēda. hec Tho. Iterū in. iij. lib cōtra gentiles. c. cxxxv. idem
Thomas dicit ſic. Eſt aūt oīno irrōnabilis error illoꝝ, q̄ putāt
oēm ſibi ſolicitudinē a dño interdictā de victu querēdo. Oīs eñi
actus ſolicitudinē reqͥrit. Si igitur hō nullā ſolicitudinē de re-
bus tꝑalibus habere dꝫ ſequitur ꝙ nihil tꝑale agere debeat, qḋ
Hō eget neq̄ poſſibile, neq̄ rōnabile eſt obſeruari. Deus eñi vnicuiq̄ rei
duplici ci ordinauit actiones ſcḋm ꝓprietatē ſue nature. homo aūt ex ſpūa-
bo ſpūali li ⁊ corporali natura conditus eſt: neceſſariū eſt igitur ſcḋm diuinā
et corpo- ordinationē: vt corporales actiones exerceat, ⁊ ſpūalibus inten-
rali. dat. Et tanto perfectior eſt, quanto plus ſpiritualibus intendit.

Non eſt igitur modus perfectionis hũane q̄d nichil corporale
agat: q2 cũ corporales actiones ordinẽtur ad ea q̄ ſunt neceſſa-
ria ad cõſeruationẽ vite, ſi q̄s ea pretermittit vitã ſuã negligit,
quã quilibet cõſeruare tenet. Expectare aũt a deo ſubſidiũ in
quibus ſe aliquis põt p̄ ꝓpriã actionẽ iuuare p̄ter miſſa ꝓpria Exẽplũ
actiõe eſt inſipiẽtis ⁊ deũ tentãtis. hec Tho. Facit ad hoc ꝓpoſi notabile
tũ notabile exẽplũ q̄d legit̃ in vita ſctõꝝ patrũ. Nã quidã p̄res
cõtẽplatiui venerũt ad viſitandũ btm̃ Anthoniũ. Facta orõne
ab eis; vocauit eos btũs Anthoni⁹ vt cũ fratribus ſuis operib⁹
manuũ vacarent pro victu acquirẽdo. Qui dixerũt btõ Antho
nio. Nobis pater nõ licet laborare manibus: q2 cũ ſimus cõtem
platiui nobis ſolũ intereſt vacare cõtemplationi. Quibus dicit
btũs Anthonius. Nos qui carnales ſumus vacabimus operi-
bus vt victu ſuſtentemur, vos aũt qui cõtẽplatiui eſtis cõtẽpla
tioni vacabitis. Tãdẽ hora nona btũs Antho. cũ fratrib⁹ ſuis
cibũ ſumpſit nõ vocatis fratribus cõtẽplatiuis. Itaq̄ hora prã-
dij iã trãſacta ⁊ fame ſtimulãte ſurrexerũt illi fratres ab orõne
⁊ dixerũt btõ Antho. Abba. pater hora tranſacta eſt ⁊ fame cru
ciamur quare nõ vocaſti nos vt tecũ ⁊ cũ fratribus tuis prãde-
remus? Tũc r̃ndit btũs Antho. Vobis qui ſpũales eſtis come- Optima
dere nõ licet: nobis aũt qui carnales ſumus neceſſe eſt vt come reſpõſio
damus, Ite igit̃ ad cõtemplationẽ: nos vero opibus manuum bti An-
vacabim⁹ ſine q̄bus ſuſtentari nõ poſſumus. Et ſic cõfudit eos thonij.
btũs Antho. Cõcordãt huic cõcluſioni auctoritates ſacre ſcri-
pture. Nã deus dixit ade ⁊ ſucceſſoribus ſuis. In ſudore vul- Geneſis
tus tui veſceris pane tuo. Geñ. iij. Nullus aũt põt in ſudore vti
pane, vel reb⁹ tp̄alib⁹, niſi ſollicitudine ĩteruenięte. q̄ ſollicitudo
nõ ꝓhibet̃ niſi fuerit indebita. Et paul⁹ ad Ephe. iiij. c. Qui fu- Paulus
rabat̃ iã nõ furet̃: magis aũt laboret operãdo manibus ſuis q̄d
bonũ eſt vt habeat vñ tribuat neceſſitatẽ patiẽti. hec ibi. Ex di-
ctis patet q̄ ſollicitudo diſcreta circa tẽporalia laudabilis eſt.
¶ Silr̃ dicẽdũ eſt de amore diſcreto diuitiarũ ⁊ aliarum rerum Diuitie
hmõi. Sũt eñ diuitie ⁊ res tp̄ales bone ⁊ laudabiles per ſe ac ſunt lau
cõformes nature nr̃e. Nã vidit de⁹ cuncta q̄ fecerat ⁊ erãt valde dabiles.
bona. Geñ. j. c. in ſpecie ſua non poterant eſſe meliora. Non ergo Geneſis.
eſt peccatũ diuitias poſſidere: ſed peccatũ eſt diuitias male poſſi
dere. Unde ſm̃ Hiero. aliud eſt habere diuitias, aliud eſt ſeruire
diuitijs. Propterea in explanatione ſuper Matthe. lib. j. ſuper
illud. Non poteſtis deo ſeruire ⁊ mãmone dicit ſic. Nõ dicit qui
habet diuitias: ſed qui ſeruit diuitijs. Qui enim diuitiarũ ſer-
uus eſt diuitias cuſtodit vt ſeruus. Qui autẽ ſeruitutis excuſſe
rit iugũ, diſtribuit eas vt dñs. Hec Hiero. Uituperatur ergo a- Hieron.
mor inordinat⁹ diuitiarũ vt dictũ eſt ſupra. Ubi oſtẽſum eſt q̄d
ſit auaricia. Sed amor regulatus diſcretiõe, ⁊ ſollicitudo diſcre
ta rerũ tẽporaliũ laudatur a ſapiẽtibus: ⁊ dicitur non auaricia

Antiqui patres ditiſſimi.

ſed ꝓuidētia. Idcirco ꝙ plures ſctiſſimi patriarche, ⁊ reges veteris teſtamēti magnas poſſederūt diuitias. Un̄ Adā vetuſtiſſimus parens noſter ditiſſimus fuit cuius imperio oīa fuerunt ſubiecta tā in paradiſo ꝙ extra paradiſum. hīc Dauid in pſal. ait. Oīa ſubiecisti ſub pedibus eius oues, ⁊ boues inſuper ⁊ pecora cāpi. Noe quoqꝫ fuit princeps magnus ⁊ ditiſſimus ſolus cū generatione ſua a diluuij ſententia exceptus a dn̄o. Hic tres filios habuit qui tres mūdi partes Aſiā, Affricā, ⁊ Europam, ſua generatione repleuerūt. Nā filij Sem Aſiam occuparunt. filij Chā Affricā. filij vero Japhet Europam. Abraham etiā fuit diues valde ꝓpter cuius opes non poterant paſtores eius habitare cū paſtoribus Loth nepotis ſui. Propterea cū facta fuiſſet rixa inter paſtores vtriuſqꝫ cupiēs Abraham tollere cauſas diſcordie dixit ad Loth. Ut patet Gen. xiij c. Ne queſo ſit iurgium inter me ⁊ te, ⁊ inter paſtores meos, ⁊ paſtores tuos, fratres em̄ ſumus. Similiter Iſaac Jacob Joſeph Moyſes Aaron Joſue Gedeon Job Dauid Joſia Ezechias Salomon fuerunt ditiſſimi. ⁊ pariter Grego. Silueſter ⁊ ceteri ſummi pontifices cardinales Archiepiſcopi Epiſcopi, ⁊ alij paſtores eccleſie dei, ſanctiſſimus Ludouicus rex francorū Nicodemus Joſeph ab arimathia zacheus princeps publicanoꝝ. hi oēs fuerunt diuites ⁊ ſanctiſſimi Non eſt ergo ſenſus in crimine: ſed affectus inordinatus. Hinc ſanctus Thom. in libro. contra gentiles ca. cxxxiij. dicit ſic. Exteriores quidem diuitie ſunt neceſſarie ad bonum virtutis cum per eas ſuſtentemus corpus: ⁊ alijs ſubueniamus. Oportet autē ꝙ ea q̄ ſunt ad finem ex fine bonitatē accipiant. Neceſſe eſt ergo ꝙ exteriores diuitie ſint aliqͦd bonū hoīs, non tn̄ principale: ſed quaſi ſecūdariū. Nā finis principaliter bonus eſt. alia vero ſm̄ ꝙ ordināutur in finem. Et infra ita ſubiungit. Intantū igitur diuitie bone ſunt inquantū proficiūt ad vſum virtutis. Si vero iſte modus excedatur: vt impediat vſus virtutis: non tamen inter bona cōputanda ſunt ſed inter mala. Un̄ accidit q̄buſdam bonū eſſe habere diuitias q̄ eis vtūtur ad virtutes, quibuſdā vero malū eſt eas habere q̄ per eas a virtute retrahūtur, vel nimia ſollicitudine, vel nimia affectione ad ipſas: vel etiā mētis elatiōe ex eis cōſurgēte. hec Tho. Etiā Seneca ad Lucillū ait. Illa bona fortune ex nobis pēdent nō ex illis nos Ualētior em̄ oī fortuna eſt animus: ⁊ in vtrāqꝫ partem ipſe res ſuas ducit. Beateqꝫ ac miſere vite ipſe ſibi cauſa eſt. Malus em̄ oīa in malū vertit. Rectus atqꝫ integer corrigit praua fortune. hec Seneca. Ex dictis pꝫ q̄liter hō ſe debeat habere circa ſollicitudinē vel amorē rerū tēporaliū: ⁊ ꝙ diuitie de ſe non ſunt in crimine. ſed affectus ⁊ timor inordinatus.

Adam.
Noe.
Filij noe ditiſſimi fuerunt.
Iſaac.
Jacob.
Joſeph.
Moyſes
Aaron.
Joſue ⁊c
Non eſt cēſus in crimine ſꝫ affect9
S. Tho.
Diuitie ſūt iſtrumēta virtutis.
Seneca.

¶ Qualiter ſcripture ſacre doctores catholici, ac gentiles philoſophi auariciam deteſtantur.

Omnium ſcire debes propter ea que dicta ſunt in decimo precepto diuine legis, vbi agitur de cõcupiſcẽtia rerũ proximi: ꝙ oẽs ſcripture ſacre, ⁊ pariter oẽs doctores catholici ⁊ gẽtiles philoſophi auariciã deteſtãtur nouẽ rationibꝰ. Primo, qꝛ auaricia eſt horribile pctm̃ ⁊ cõparatur idolatrie. Vñ Pau. ad Ephe. v. c. dr ſic. hoc autẽ ſcitote intelligẽtes ꝙ oĩs fornicator, aut immundus. aut auarꝰ quod eſt ydolorũ ſeruitꝰ nõ hꝫ hereditatẽ in regno xpi ⁊ dei. hec Pau. Nota ſcdm Tho. in cõmẽto aureo ſup hoc paſſu lectione tertia: ꝙ apl's vocat hic auariciã idolatriã qm̃ ydolatria eſt qñ honor ſoli deo debitꝰ impẽdit creature. Deo aũt debet honor duplr. I. vt in eo finẽ noſtrũ cõſtituamus: vt in eo fiduciã noſtrã finaliter ponamus. Qui ergo hoc in creaturis ponit reus eſt ydolatrie. hoc aũt facit auarus qui finẽ ſuũ in re creata ponit ⁊ etiã totã ſuã fiduciã: hinc Oſee. viij. c. Aurũ ſuũ ⁊ argẽtum ſuũ fecerunt ſibi ydola vt interirẽt. Qꝛ vt dr Prouerb. xi. cap. Qui confidit in diuitijs ſuis corruet. Uel auaricia dr ydolorũ ſeruitus, quia auarus exhibet creature quod debet creatori ſi fidẽ, ſpẽ, ⁊ charitatem. Hec enim exhibet auarus pecunie ⁊ diuitijs ſuis. Uel ſcdm Chryſoſt. Sicut ydolatre venerãtur ydola, nec ea pre uenientia tangere audent: ita auarus pecunias veneratur ⁊ eis vti neſcit: ⁊ vt ſacra filijs nepotibus: ⁊ pronepotibus intacta cõſeruant, Uel ſm Tho. in. ij. ij. q. c. viij. ar. v. in rñſione ad quartũ argumentũ. Auaricia cõparat ydolatrie per quãdã ſimilitudinẽ quã habet ad ipſam: qꝛ ſicut ydolatra ſubijcit ſe creature exteriori: ita etiã auarus nõ tñ eodẽ mõ: ſꝫ ydolatra quidẽ ſubijcit ſe creature exteriori vt exhibeat ei cultum diuinũ. Auarus autem ſubijcit ſe creature exteriori immoderate eam concupiſcendo ad vſum non tamen ad cultum. Et ideo non oportet ꝙ auaricia habeat tantam grauitatem quantam habet ydolatria. hec. Tho.

Oẽs ſapiẽtes auariciã deteſtantur nouẽ ratiõibꝰ. Pria rõ.

S. Tho. Quare auaricia cõparat ydolatrie.

Aliter ſꝫ Tho. Nota.

¶ Sed queſtio animum pulſat. Cum enim in alijs peccatis hõ finẽ ſuum ponat in creatura cui amore inheret: quare etiam in illis peccatis nõ dr hõ ydolatrare ſicut in pctõ auaricie. Huic queſtioni rñdet. S. Thomas in commento aureo ſuper epiſtola ad Eph. v. ca. lectione tertia ſic dicens: ydolatrare eſt aliquid exterius indebite colere. Nunc autem in alijs pctĩs ponitur finis in exterioribus quaſi in propria examinatione: ſed q̃ ponit finẽ in diuitijs, ponit in eis finẽ vt in re exteriori ſicut ydolatra. Sed nunquid auari honorẽ deo debitũ exhibẽtes creature realr ſunt ydolatre per ſe? Dico ꝙ non, quia in moralibus actus ſeu opera iudicantur ex fine. Ille ergo per ſe eſt ydolatra qui intendit per ſe cultũ exhibere creature. Hoc autem non intendit auarus per ſe: ſed p accidẽs. hoc eñ facit inquantũ ſupflue ⁊ inordinate diligit: ⁊ quid de tali. Non habebit hereditatem in regno xpi ⁊ dei. hec Tho. quapropter Innocẽtius in bello. de miſeria

Queſtio S. Tho. rñdet queſtioni.

Auarus ſic vere ydolatra.

Innocẽ.

conditionis humane ita inquit. Auaritia ſecundũ apl̃m eſt ido
lorum ſeruitus: quia ſicut idolatria ſeruit ſimulachro: ſic aua-
rus ſeruit theſauro. Nã ille cultũ idolatrie diligenter ampliat:
⁊ iſte cumulum pecunie libenter augmentat. Jlle cũ oĩ diligen-
tia colit ſimulachrum, ⁊ iſte cũ oĩ cura cuſtodit theſaurũ. Jlle
ſpem ponit in idolatria, ⁊ iſte ſpem ſuam cõſtituit in pecunia.
Jlle timet mutilare ſimulachrum, ⁊ iſte timet minuere theſau-
rũ hec. Jnnocẽtius. Et ſic patet q̃lr̃ auaritia ẽ idolorum ſeruitꝰ.

¶ Auaritia eſt inſatiabilis, ⁊ patitur rabiem. Jdõ deteſtãda ẽ.

Scdo auaritia a ſapientibꝰ deteſtat̃: quia eſt inſatia-
Auari- bilis ⁊ nũq̃ dr̃ ſufficit: ſed ſemꝑ egens velut ſitibũda
tia aſſi- ⁊ famelica rabiẽ patit̃. Jõ continue os aperit vt de-
milat̃ ſac uoret ⁊ comedat. Propterea comparatur auaricia
co pforã ſacco perforato qui nunquam poteſt repleri. Uel a-
to, ĩferno uaricia aſſimilatur inferno qui oĩa deuorat. Uñ Augu. in q̃dã
mari, ⁊ ſmone dr̃ ſi. auarꝰ velut infernꝰ oĩa deuorãs vellet nullũ hoĩez
igni. eẽ ⁊ oĩa ſolus poſſideret. Ul̃ auarꝰ aſſimilat̃ mari in quo oĩa flu
mina influũt: ⁊ tñ nõ redũdat. Ul̃ auarꝰ aſſimilat̃ idropico. Uñ
Moraliũ c. xiiij. dr̃ ſic. idropicus quippe q̃ amplꝰ biberit ãplꝰ
Auarus ſitit: q̃ oĩs auarus ex potu ſitim mlt̃iplicat, qui cũ ea q̃ appetit
ẽ velut i- adeptꝰ fuerit, ad appetenda alia amplꝰ anhelat. Qui eñ ꝯcu-
dropicꝰ. piſcẽdo plꝰ appetit huic ſitis ex potu creſcit. Hec Greg. Ul̃ aua
Gregori. ricia merito ꝯparatur igni. Quapropt̃ Greg. in. xv. lib. Morali-
um. c. xxxvj. dr̃. Auaricia deſideratis rebꝰ nõ extinguit̃ ſʒ auge-
tur. Nã more ignis cũ ligna q̃ ꝯſumit acceperit, excreſcit. ⁊ vñ
videtur ad momentũ flamã ꝯprimi inde paulo poſt cernit̃ dila-
tari. hec Greg. Hic Jſidorus in. ij. li. de ſummo bono. c. xlj. dicit.
Jſidorꝰ. Semper eñ auarus eget: q̃ñto magis acquirit tãto amplius
q̃rit. Nec ſolum deſiderio augendi excruciat̃, ſed amittẽdi metu
afficitur. Jnopes naſcimur in hac vita, inopes receſſuri de hac
Hieroñ vita. Si bona mundi huius peritura credimus: cur peritura tã
to amore cupimus. hec Jſidorus. Et hiero. ad ruſticum mona-
chum ait. Cum cetera vitia ſeneſcente homine ſeneſcant: ſola
auaricia iuueneſcit. Et iterum. Auaro tam deeſt quod habet
Chryſo. quam quod non habet: q̃ aut non habeat ꝯcupiſcit vt habita
metuit ne amittat. Et dum in aduerſis ſperat proſpera, in pro-
ſperis formidat aduerſa. hec. Hiero. etiam Chryſoſt. in lib. quod
nemo leditur niſi a ſeipſo: dicit ſic. Nam ⁊ ipſi diuites ſi etiam
totum mundum poſſibile eſſet poſſideri a ſingulis adhuc tñ in
deſiderio eius arderent. Pauperes vero dum cupiunt diuitibꝰ
equari, inſanabilem rabiem patiuntur, inſaniunt inſuriant. Et
idem morbus diuerſos ſingulis generat languores. hec Chry
Boetiꝰ. ſoſtomus. Boetius quoque perpulchre deſcribit inſatiabilita-
tem auaricie in ſecundo libro de conſolatione: metro ſecundo ſic
dicens.

¶Si quantas rapidis flatibus incitas.
Ponthus verſat arenas.
Aut quot ſtelliferis edita noctibus
Celo ſydera fulgent.
Tātas fundat opes ne retrahat manū
Pleno iā copia cornu
Humanū miſeras haud ideo genus
Ceſſat flere q̄relas.
Quamuis nota libens excipiat deus
Multi prodigus auri
Et claris auidos ornet honoribus
Nil iam parta videntur
Sed queſita vorans ſeua rapacitas,
Alios pandit hyatus. Hec Boetius.

Seneca.
Tullius

¶Uere lōga nr̄a deſideria increpat vita breuis. In caſſū multa portāt cū iuxta ē q̄ pergit. Jō Seneca in lib. de morib⁹ poſt Tulliū in lib. de ſenectute ait. Mōſtro ſilis eſt auaricia ſenilis Quid eni ſibi vult nō intelligo. Nā q̄d abſurdius vt dici ſolet q̄ꝫ q̄ minus reſtat vie eo plus viatici q̄rere. Et via deficiēte augere viaticū hec Seneca. Sꝫ q̄ſtio alm pulſat. Cur diuitie ꝛ tēpalia bona nō poſſunt ſatiare aīam rationalē. Pro reſpōſione hui⁹ q̄ſtionis nota p̄ter illa q̄ dicta ſunt in explanatiōe decimi p̄cepti, q꜡ diuitie tēporales ſunt finite corpore, ꝛ tranſitorie. Anima aūt rationalis eſt infinita ſua capacitate. Incorporea in ſua entitate: ſempiterna in ſua duratione. Jō nulla ꝯueniētia aut proportio adinuicē. Uel dic q꜡ aīa rōnalis aſſimilat figure triāgulari cū ſit formata ad imaginē ſctiſſime trinitatis. ſicut ḡ triāgulo cōpetit habere tres angulos: ita diuine eſſentie competit habere tres perſonas. Jbi enim in vna eſſentia ſunt tres perſone pater, filius, ꝛ ſpiritusſanctus. Similiter in aīa rationali ſunt tres anguli. tres potētie. ſ. intellect⁹, memoria, ꝛ voluntas. Nulla ergo res creata pōt ſatiare, aut replere aīam rōnalē: q꜡ etiā res diuerſarū figurarū vna non pōt aliā replere. Nā ſi accipiatur figura triāgularis ꝛ ponatur i ea ſperica nō replet ꝓpter hoc ipſa figura triāgularis ea q̄cūq꜡ alia figura nūquā poterit repleri figura triāgularis niſi a ſola figura triāgulari q̄ vniformiter replet angulos. Cū ergo mūdus celi aſtra, elemēta quoq꜡ terra aq̄ aer ignis ſine figura ſperica. vñ etiā ſe circūdāt orbiculariter: iō oīa bona huius mūdi tā elemēta q̄ꝫ elemētata ſunt quaſi vnius figure ſperice. Que oīa ſi ponerent i corde aīe rōnalis ſiue ſub poteſtate hoīs ſic vt ipſe hō oīm eſſet dñs: nō propter hoc eſſet contentus aut ſatiatus. Declarauit id modo cupiditas inſatiabilis magni Alexādri: de quo valerius maximus li. viij. li. c xv. de cupiditate glorie ita refert quod cum ipſe Alexander audiret ab anaxarco comite ſuo plures eſſe mundos prout acceperat a preceptore ſuo democrito: vehementer ingemuit Alexander. Jdeo dixit: ꝛ ſunt verba Valerij, heu me miſerū: q̄ nec vna

Aīa rōnalis nō pōt quieſcere in tēpalib⁹.

Aīa rōnalis aſſimilat figure triāgulari.

Oīa elementa ꝛ elemētata ſūt figure ſperice.

Quint⁹ quidē adhuc ſum potitus gloria. Propterea. Quintus curtius
curti⁹ & ſcribit q̄ quidā ex maximis natu dixit Alexādro. Si dij habitum
Alexan. corporis tui auiditati animi tui parē eſſe voluiſſent: orbis te nō
Juuena: caperet. Altera manu orientē, altera contingeres occidetē. Hic
lis de ale. Juue. in ſaty. illa que incipit. Oībus in terris, ita inquit.

¶ Unus pelleo iuueni non ſufficit orbis.
Eſtuat infelix anguſto limine mundi,
Ut gyare clauſus ſcopulis paruaq̄ ſeripho,
Cum tamen figuli munitam intrauerit vrbem,
Sarcophago contentus erit mors ſola fatetur.
Quantula ſunt hoim corpuſcula. Hec Juuenalis.

Sola tri ¶ Ex dictis patet q̄ diuitie ⁊ cetera bona tpalia nō pñt quieta=
nitas re: re, vel ſatiare appetitū aīe rōnalis. Sed hoc poteſt ſola trinitas
plebit diuinarū perſonarū: qꝛ ipſa eſt finis eius. Nā pater replebit me
aiam rō= moriā: filius intellectū: ⁊ ſpūſſanctus voluntatē. Et ꝑpterea in
nalē in nul ter oēs creaturas nulla altior, nulla dignior aia humana. Ideo
la creatu deus in nulla creatura plene quieuit niſi in homine. Quamuis
ra qeuit enim prima die creauerit naturā angelicā, celū ⁊ lucē: nō tñ qui
deus niſi euit in illis. Deinde ſecunda die creauit firmamētū, qḋ q̄dē di=
in hoie. uiſit aq̄s ab aq̄s. Noīe aūt firmamēti itelligitur octaua ſphe
ra. ſub q̄ cōtinēt̄ ſphere ſeptē planetarū Ex q̄ pꝫ, q̄ firmamētū
mediū eſt inter celū criſtallinū, ⁊ elemēta q̄ noīe aquaꝝ deſignā
tur. Nec tñ de⁹ in eo q̄euit, ⁊ ſic de ceteris creaturis quouſq̄ ſex
ta die creauit holeꝫ ad imaginē, ⁊ ſimilitudinē ſuā. Et tunc in eo
q̄euit. vñ Geñ. ſ. c. dr. Cōpleuitq̄ de⁹ die ſeptimo op⁹ ſuū qḋ fe
cerat, ⁊ req̄euit die ſeptimo ab vniuerſo opere q̄ patrarat. Hinc
Dauid. Dauid admirās excellentiam creature rōnalis: ait in pſal. viij.
Quid eſt homo q̄ memor es ei⁹, aut fili⁹ hominis quoniā viſi
tas eū. Minuiſti eū paulomin⁹ ab angelis gloria, ⁊ honore co
naſti eū, ⁊ ꝯſtituiſti eū ſup opera manuū tuaꝝ. ⁊ Job. vij c. Quid
Job: eſt homo, qꝛ magnificas eum aut quid apponis erga eum cor
tuū. Ex dictis patet, q̄ appetitus hominis non poteſt ſatiare
Seneca. in hac vita: ideo debet regulari per imperium rationis. Propte
rea Seneca in prouerbijs ait. Pecunie oportet imperare nō ſer
uire: pecunia ſi vti ſcias ancilla eſt: ſi neſcias domina.

¶ Auaricia eſt cauſa omnium ſcelerum.

Tertio auaricia eſt deteſtabilis: qꝛ ex illa fere om=
nia ſcelera perpetrāt̄: vt furta, piuria, homicidia,
Chryſo. adulteria, ſacrilegia, ſimonie, diſcordie, ⁊ huiuſ=
modi. vnde Chryſ in. iij. lib. contra impugnantes
vitā monaſticā dicit ſic. Qui enim pecunie amore
rapiuntur inuidi quoque nequam: dei errantes
periuri, temerarij, audaces, inuerecundi. imprudentes, ingra=
ti. Mala deniq̄ omnia ſint neceſſe eſt. Uñ horū omnū teſtis fi=
deliſſimus eſt beat⁹ Paulus qui radicē oim malorū cupiditatē
eſſe dixit. Quod ipſuꝫ xp̄s ante manifeſtauit cū impoſſibile eē aſ

ferret eũ ſeruire deo, ꝙ illi vitio eſſet obnoxius hec Chry. ⁊ Iuue
nalis ꝙ vt ait hie. i epl'a ad Thera de ſua circũciſiõe d'r ppha cõ Iuuena
ſiliũ. Hic poeta in ſatyra ſexta d'ſic. P'ma peregrinos obſcena pe lis,
cunia mores. Intulit: ⁊ turpi fregerunt ſecula luxu.
Diuitie molles. Hec Iuuena. Et ſic p3 ꝙ auaricia eſt radix oı̄3
pctõꝝ: q2 ex pecunia hõ acq̃rit facltatẽ ꝑpetrãdi oĩa pctã.

Auaricia eſt deteſtabilis. q2 corpus deſtruit.

Quarto auaricia eſt pctm̃ deteſtabile: q2 corpus euiſcerat. nã diuitie acq̃runt cũ labore: poſſidentur cum timore, amittunt cũ dolore. Uñ auari laborãt in acquirẽdo ⁊ aliȷ̃ in labores eorum ſepe intrant. Et aliquando fures ⁊ latrones plerumq3 diripiunt. Aut fi
liȷ̃ rebelles, vel aliȷ̃ heredes. Iſti ſunt ſimiles arãnee que telam
operando pro muſcis accipiendis ſeipſam euiſcerat. Hinc Salo
mon puer. xxiiȷ̃. Noli laborare vt diteris: ſed prudẽtie tue po Salomõ
ne modum. Et iterum ibidẽ. Non erigas occulos tuos ad opes
quas habere non potes. Propterea diuus Hiero. hortatur nos
ad cõtemptum rerum mundanarum in epl'a ad Theſiphonem
vrbiũ: q̃ q̃dem epl'a incipit. Preſumptionem meam excuſare Hieroni.
conarer. vbi dicit ſic. Cõſideremus ꝙ in hac terra hoſpites ſu
mus ⁊ peregrinorum more pro diebus nouiſſimis habitamus.
Uos enim de hoc mundo eſtis: ẽ2 nobis. Qui ergo in aliena ſa
tagimus. Quid turbamur. Nemo in deteriori ⁊ extranea patria
plus eligit poſſidere q̃3 in ſua. De his tm̃ ſollicitudinem habe
re debemus ⁊ curam que nobiſcũ transferre poſſumus. Ambiãt
terrena gẽtiles quib9 eccleſia nõ debẽtur. Cõcupiſcant preſen Nota
tia qui fatura non credunt. Chriſtianis diuitie, ⁊ hereditas ſit aur. ſen
diuinitas Chriſti. Nec enim debent egre ferre quaſi minus a ce tentiam.
teris habeãt qui auctorem oim perceperunt. Supereſt vt acce
ptum in corde deum honorẽt obſequiȷ̃s operibus colant: ſermo
ne ſemper ⁊ cogitatione fateantur vt in aduentu eius non cum
contumacibus ⁊ contemptoribus puniantur: ſed cum ſanctis ⁊
deũ timẽtib9 coronẽtur. hec hier. Qua ſentẽtia aperte datur in
telligi ꝙ amor inordinatus rerũ tpaliũ debet ratione regulari.

¶ Auaricia eſt cõtra deum ⁊ proximũ: ideo eſt fugiẽda.

Quinto auaricia merito eſt fugienda: quia eſt contra deum, contra proximum, ⁊ contra ſeipſum. vt dicit S. Thomas in. ſ. ȷ̃ q. cxviiȷ̃. arti. j. in reſpõſione ad S. Tho.
ſ. argu. Primo auarus peccat cõtra deum inquantum propter bonum temporale diuitiarum contem
nit bonũ eternum. Secundo auarus peccat in proximum: quia
plus debito accipit, ⁊ conſeruat pecunias, ⁊ alia bona tempo
ralia in damnum et nocumentum proximorum. Si ergo
homo plus debito modo acquirit diuitias vel conſeruat: tunc
directe peccat in proximũ. Q2 in exterioribus diuitiȷ̃s nõ poteſt

vnus hõ ſupabũdare niſi alteri deficiat. Nõ eſt em̃ poſſibile vt
Boetius bona tp̃alia poſſint ſimul poſſideri a mł̃tis. vt dt ſctũs Thomas
ibidẽ. hinc Boetius in. ij. lib. de cõſola. pſa. v. dt ſic. O igit̃ angu
ſtas inoſpecꝫ diuitias quas nec hr̃e totas pluribus lꝫ. nec ad
Auarus quẽlibet ſine ceterorum pauptate nõ veniunt. Hec Boe. Tertio
peccat cõ auarus peccat cõtra ſeipm̃. Qꝛ vt dt Tho. deordinat̃ ei⁹ affect⁹
tra ſei- lꝫ nõ deordinat̃ corpus ſicut p vitia carnalia. Suſtinet em̃ aua
pſum. rus mł̃tos labores ⁊ q̃plura incõmoda: iõ dt Greg. Oẽs hui⁹
ſeculi dilectores in rebus terrenis fortes ſunt: in celeſtib⁹ debi
les. Nam ſepe tamen nuditatẽ dilectionem ſuſtinent earum re
rum ſe per abſtinentiã cruciãt, ad quas adipiſcendas feſtinant.
hinc hie. ad ruſticum monachũ in epł̃a q̃ incipit. Nihil xp̃iano
felicius cui promitũtur regna celorum dt ſic, Si negociatores
ſeculi tanta ſuſtinent vt ad incertas perituraſcꝫ diuitias perue
niãt, ⁊ ſeruent cũ animi diſcrimine que multis periculis q̃ſierũt.
Quid Chriſti negociatori faciendũ eſt? Hec Hieronimus.

Auaricia mentem ſuffocat, ⁊ animam maculat.

SExto auaricia eſt fagienda: qꝛ mẽtem ſuffocat, aiam
maculat; ⁊ totum hoiez diſtrahit. Unde Grego. in.
xiiij. lib. Mora. c. lxxxvj. dt ſic. Per plumbum nãqꝫ
cui⁹ natura grauis eſt ponderis pctm̃ auaricie ſpãli
ter deſinat̃: qꝛ mentẽ quã infecerit ita grauẽ reddet
vt ad appetẽda ſublimia attolli nequaq̃ poſſit. Hec Gre. Pro
Grego- pterea, antiq̃ philo, contẽnebant diuitias, ne mens eorũ a cogni
rius. tione veritatis tam naturalis phie q̃ aſtrologie diſtraheretur.
vnde Hier. ad iulianum de filijs ⁊ vxore defunctis in epł̃a que
incipit. Filius meus frater tuus Anthonius dt ſic. Cõtemnis
aurum. Contẽpſerunt ⁊ mł̃ti phi ex quibus etiam vnus vt cete
ros ſileã multarũ poſſeſſionũ p̃ciũ piecit in pelag⁹ dicẽs. Abite i
pfũdũ male cupiditates: ego vos ſubmergã ne a vobꝭ mergar.
Etiã ad paulinũ pbr̃m de iſtitutiõe monachoꝝ epł̃a icepit. Bo
n⁹ hõ de bono cordis theſauro dt Socrates ille thebanus hõ
quõdã ditiſſim⁹ cũ ad philoſophatũ athenas pgeret magnũ au
ri põd⁹ abiecit: nec putauit ſe poſſe ⁊ virtutes ſimul ⁊ diuitias
poſſidere. Et ad ruſticũ monachũ epł̃a q̃ icipit. Nihil xp̃iano fe
lici⁹: ita inq̃t. Juxta miſerias hui⁹ tpis vbicꝫ gladios ſeuiẽtes,
ſatis diues eſt q̃ pane nõ idiget: nimiũ potẽs eſt q̃ ſeruire nõ co
git̃. Itez Hiero. ad ſaluinã de morte Nebridij epł̃a incipit. Ve
reor ne officium putet̃ ambitio; dt ſic. Nec diuiti obſunt opes ſi
eis bñ vtat̃. Nec pauperem egeſtas cõmẽdabiliorẽ facit ſi inter
ſordes ⁊ inopiã pctã non caueat, hec Hiero. Sꝫ nota ad maio
rem euidẽtiam eorũ q̃ dicta ſunt eã ſniam diui Hiero. ſcribẽtis
ad pãmachiũ in epł̃a cõſolatoria de dormitiõe Pauline vxoris
epiſtola incipit. Sanato vulneri: vbi dicit ſic. Non eſt ſatis per
fectoꝝ conſummato viro opes cõtemnere, pecuniam diſſipare, ⁊

ꝯtoſcere qđ in momēto ⁊ ꝑdi, ⁊ inueniri pōt. Fecit hoc ſocrates thebanus, fecit antiſtenes, fecerūt plurimi, quos vitioſiſſimos legimus: plus dz xp̄i diſcipulꝰ p̄ſtareq̨ mūdi ph̄s gl̄ie ſaialis, ⁊ ꝑplaris aure ac rumore venale mancipiū. Tibi nō ſufficit opes ꝯtēnere: niſi xp̄m ſequaris. Chriſtū aūt ſequit̄, qui pc̄tā dimit-tit, ⁊ v̄tutū comes eſt. Hec Hiero. hinc Lactātius in. v. lib. diui-narum inſtitutionū. c. xvj. dicit ſic. Diuitie q̄z nō faciūt inſignes: niſi quos pñt bonis opibus facere clariores: diuites em̄ ſunt nō q̄ diuitias hñt: ſed q̄ vtunt̄ illis ad oꝑa iuſtitie. Et q̄ pauperes videntur: eo tñ diuites ſunt, q2 ⁊ egēt ⁊ ꝯcupiſcūt nihil. Cū igitur ⁊ liberi ſeruis, ⁊ diuites paupibꝰ humilitate animi pares ſu-mus: apud deū in v̄tute diſcernimur, tāto q̄ſq̨ ſublimior eſt q̄to iuſtior. hec Lactan. ⁊ tandē Lactātiꝰ in p̄ncipio p̄mi lib. diuinaꝝ inſtitutionū oſtēdit q̄tus fuerit amor inq̄rēde v̄itatis apud an-tiquos, q̄ nō ſolū opes, diuitias, honores, patriā, ⁊ voluptates: ſ edēt publicas ac priuatas actiōes, ⁊ cuncta q̄ aiam diſtrahūt ꝯtemnebāt: vt magis ac magis ad ſtudiū ſapiētie expediti inue-nirentur. Uerba Lactātij ſunt hec. Magno ⁊ excellēti ingenio viri cū ſeſe doctrine penitus dediſſent q̄cq̄d laboris poterat im-pendi: ꝯtēptis oībꝰ publicis ⁊ priuatis actionibꝰ ad inquirēde v̄itatis ſtudiū ꝯtulerūt: exiſtimātes multo eſſe p̄clarius hūana-rum diuinarumq̨ rerū inueſtigare ac ſcire rationē, q̄ inſtruen-dis opibus, aut cumulādis honoribus inherere. Quibus rebus q̄m fragiles tenereq̨ ſunt, ⁊ ad ſolius corporis pertinēt cultum nemo melior: nemo iuſtior effici pōt. Erant quidē illi veritatis cognitione digniſſimi: quam ſcire tantopere cupierunt, atq̨ ita vt eā rebus oībus anteponerēt. Nā ⁊ abiecitiſſe quoſdā res fami-liares ſuas, ⁊ renuntiaſſe vniuerſis voluptatibus cōſtat: vt ſo-lam nudāq̨ virtutū nudi expeditiq̨ ſequerentur. Tamen apud eos virtutis nomen aut auctoritas valuit: vt in ea omne ſummū bonum predicarent. Hec Lactantius. Ex quo patet ꝙ auaritia fugienda eſt: quia mentē ſuffocat ⁊ totum hoiem detrahit.

Lactan.

Lactan.

¶ Auaritia contrariatur nobiliſſimis virtutibus.

